This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

616.
002.6
M84

MORBI GALLICI CVRANDI RATIO EXquiſitiſſima, à uarijs, ijſdemq; peritiſſimis medicis conſcripta: nempe

PETRO Andrea Matthæolo Senenſi.

IOANNE Almenar Hiſpano.

NICOLAO Maſſa Veneto.

NICOLAO Poll Cæſareæ Maieſt. phyſico.

BENEDICTO de Victorijs, Fauentino.

HIS ACCESSIT

ANGELI Bolognini de vlcerum exteriorum medela opuſculum perquam vtile.

EIVSDEM.

De vnguentis ad cuiuſuis generis maligna vlcera conficiendis lucubratio.

Cum Indice rerum omnium quæ in curationem cadere poſſunt copioſiſſimo.

Lugdu.
M. D. XXXVI.

M 841

IOSEPHVS TECTANDER CRACOuienſis Adamo Breſinio Philoſophiæ Medicinæq; peritiſſimo, S. D.

ADEO iucunda eſt mihi tuæ ſuauiſſimæ cōſuetudinis recordatio, Adā eruditiſſime, ut quotieſcunq; mecū reputo qbus auſpicijs noſtra mutua neceſſitudo initiū cœperit, quóue pacto quaſi gradibus qbuſdā corroborata inter nos ſit, dici nō poteſt, q̄ mihi uel hanc ob rē beatus felixq; eſſe uidear. Nam cū tu Patauij optimorū ſtudiorū cohoneſtandorū cauſa degeres, et in hoc omni cura incūberes, ut medicā facultatē, in qua apud noſtrates iam à multis annis feliciſſimo ſucceſſu enitueras, ad plenū exornares, uidebare mihi nihil tā ſtudioſe conari, q̄ ut tui animi inclinationē, qua mirifice in me ꝓpēdebas, aliquo egregio argumēto aliquādo declarares. Atq etiāſi cū tecū adhuc agerē, fructus amicitiæ noſtræ ſatis ſplēdidos ꝑceperim, tu tamē ne ſic qdē cōquieſcēdū tibi putaſti: uerū poſtq̄ iam Italia relicta Cracouiā, deo duce, redieras, nunq̄ nō ceſſaſti de me omnia amica & ſentire & prædicare. Ego uero quia tuā tam inſignem beneuolētiā hactenus nulla re cōpēſare poſſem, nec idoneā aliquā occaſionē rurſus de te bene merēdi inuenirē, uererer q; ne ſi hæc omnino ſilētio præterirē, ingratitudinis nota meritò aſpergerer, ſcriptis ſaltē me optimæ tuæ uolūtatis nō immemorē, oſtēdere tibi in animū induxi. Vt autē & ceſſatio iſthæc mea æqorē locū apud te obtineret, inij rationē qua ſilentij damna nō intēpeſtiue reſarcirē. Mitto itaq; ad te literas has, optimā in ſpē ueniēs, tum ꝑ ſe pro iure amicitiæ noſtræ, tū qđ cū fœnore ueniūt, haud parui pōderis apud te futuras. Nam adferūt hæ ſecū ſelectiſſimos doctiſſimorū uirorum flores, exquiſitaq; ad arcēdas morbi Gallici diras noxas alexipharmaca. Neq; enī qſq̄ eſt tā rudis, aut rerū imperitus, qui ignoret, q̄ uaria mala, ægritudo hæc mortalibus dederit, quāq; ꝑnicioſe ac uirulēter ꝑ innumeros populos, regiões ac urbes graſſata fuerit, dum alij quidā ipſamet affectus malignitate cōficiūtur, alij uero nō minus cruciatuū magnitudine, q̄ medicorū uecordiū tuba cōcidunt: ut interim taceā ꝑitiſſimos quoſq; uiros ſæpenumero ſa

tis calamitoſis ſucceſſibus cū excetra hac depugnaſſe, ac nō ſine
ingēti ægrorū periculo, anteaquā certa huius mali medela inuēta
eſſet, ipſos quoq; periclitatos fuiſſe. Atqui nūc ſi quis præclarum
hoc opus, quod nos à grauiſſimis rei medicæ profeſſoribus cōſcri-
ptū, tua ſub tutela in publicū emittimus, diligēter euoluerit, ſine ul
la dubitatione opitulari huic morbo exacte poterit, ſibiq; ac cæte
ris ab eodē perinde præcauebit, atq; Vlyſſes olim ſeſe unà cū ſo-
cijs ſuis μῶλυ Homerico aduerſus oēs Circes præſtigias ꝑmuniuit
Cæterū ſi qui erūt, qui fortè aliqui erūt, qui rerū dilucida diſqui-
ſitiōe nō cōtēti, uerborū ornatū in hac tractatiōe requirēt, his nō
āliter reſponſum uolo, ꝗ ut illud audiāt, quod primo Methodi Ga-
lenus aduerſus Theſſalū ſcribēs his uerbis profert: ἢ γὰρ εἰ σολοικί-
ζων τις ὀνομάζοι πάντα, πρός γε τὴν ἀλήθειαν τοῦ πράγματος ἐπιστήμην οὐδ᾽ ἂν τὸ
βλάπτοι. Quod latine ſic ſonat: Etenim ſi qs uel ſolœciſmū cōmit-
tēs alicui rei nomē indiderit, nihil id ad cōſequēdā rerū notitiā of-
ficere pōt. Præterea uero quādoquidē cōpertū habeo te hæc ipſa
opera, quæ nos denuo excudi curauimus, antea quoq; Venetijs
publicata uidiſſe: ideo ne tibi noſtri hi conatus ſuperuacanei oīno
uideātur, in primis ꝑpēdas uelim, quod Veneta æditio tot mēdis ſca
tebat, ut uel prīo obtutu Lectori quātūuis perito, ī eruēdis ſēſibus
negotiū nō uulgare incūberet. Verū nos ſolidā nauauimus opā ut
oīa caſtigata, & quātū eius fieri poterat emēdata ī lucē prodirēt:
id quod cuiuis euidēter patebit, qui præſentia hæc cū prioribus cō
ferre nō fuerit grauatus. Ad hæc quo æditio iſta nō ſine acceſſiōe
ad tuas manus perueniret, adiecimus eiuſdē argumēti Nicolai Maſ
ſæ opus, quod & ipſum antea nō ſine mēdis circunferebatur. Vt
aūt operi huic prorſus nihil deeſſet quod ad perfectā medēdi tam
horrēdi morbi rationē ſpectaret, addidimus etiā tractatū, quē Be
nedictus Victorius Fauentinus, uir ob eximiā eruditionē nūquā ſa
tis laudatus, nobis dictauerat. Proinde, Adā ornatiſſime, rē te di-
gniſſimā feceris, ſi mea in te obſeruātia, mutuaq; noſtra cōſuetudi
ne prouocatus, his lucubratiōibus te patronū ſis nō grauatim ex
hibiturus, ac tua in relegēdis ipſis alacritate, rei medicæ ſtudioſos
ad amplectāda tātorū uirorū monimēta excitaturus. Vale.

Baſileæ, Idibus Martijs. Anno .M.D.XXXVI.

PETRI ANDREAE MAT-THAEOLI SENENSIS ME-dici præſtantiſſ. in librum ſuum de morbi Gallici curandi ratione, præfatio.

CVM ualle quadam ſecreta, lociſq; deſer-
tis ab omni ſequeſtratum penitus medicorū
conuictu fato me continerem, cenſuiſſemq;,
ſicut olim Philoctetes, diutius in ſolitudine
mihi permanendum, per hyemem noſtre di-
ſciplinæ memoriam literis propagare non
alienum putaui, ut & nobis ſolatium, & le-
ctoris pro uirili utilitatem pararemus, ne quando non ſolum uitæ
in obſcuro tranſactæ, ſed etiam temporis amiſſi reddenda ratio fo-
ret. Nam dum tempus ferebat, & herbæ, arbores, uirgulta, cæte-
raq; id genus in collibus, pratis, & conuallibus germinabant, quæ
aliquid medicinæ conferre uidebantur, ea conſectabar, ſolatijq; lo-
co mihi tunc erat, hæc uacuum partim ſub umbra, ut flacceſceret,
collocare, partim æneis & uitreis organis igne ſubdito in puriſſi-
mas aquas redigere: ſicut ardente iam Syrio domi ſubtiliſſimæ na-
turæ liquorem, ſummoq; precio comparatos medicamentorum po-
tus conficiebam. Longum eſſet antidota, collyria, cataplaſmata,
quibus tunc inſudabam, ſigillatim connumerare. Nec ab induſtria
uacuus autumnus erat: per altiſſimos nanq; montes ſedulo gradu
radices utriuſq; Veratri, quod Helleborum Græci dicunt, Dictā-
niq; Bezoardici perſcrutabar, herbarūq; fermè oīm, quarū apud
Medicos nomen eſt celebre, paſſim gramina radicitus extirpabā.
Nec minus, prout occaſio ſeſe ingerebat, & abietis oleum ſummo
odore præditum, uulneribusq; conglutinandis aptiſſimum, & ex
larice cum Agaricum, tum gummi liquidum, ex quibus ſumma ma-
le habentibus medicina ſalutem promittit, colligebam. Nunc ue-
ro cū hyems in autumni locum ſucceſſerit, per brumam quid aliud
agendum ſupereſt, quàm quæ à diuerſis autoribus de medicina

tradita fuerint, memoriæ commendare, ſiue aliquid ſcribere? Sed cogitanti mihi aliunde mortuorum memoriã minime pendere, niſi ex monimentis literarum, dubius diſtrahebatur animus. Commentariũ ne conſcribere in eminentiſſimos medicinæ profeſſores, an aliquid meo Marte cudere deberẽ: nec ſanè quid potius eſſet præſtandũ ſuppetebat: nam primũ ſatis uulgare uidebatur, ab altero deterrebat negotij magnitudo. Quæ dum egomet mecũ diſquiro, fortefortuna in manus inciderunt quædam de morbo, quẽ Gallicum dicunt, à neotericis conſcripta, quibus cum multa mihi comperta adijci, & pleraq; meliora fieri poſſe uiderentur, accepiſſemq; iã calamum exaraturus opuſculũ quod meo iudicio poſſet nõnihil laborantibus opis afferre, Franciſcus Aliger præſtò fuit, in quo præter fidem, mirificamq; in me animi inductionem, ſumma inerat comitas. Mutua igitur data acceptaq; ſalute, cõfectisq; tribus aut quatuor ſpatijs in tepidario ſedimus, ubi poſt familiarem ſermonẽ friget, Franciſcus huc euaſit. FRANCISCVS. Et otium tuum, & hyemis ſolitudo hortantur, ut te pro ſumma inter nos beneuolentia, quod iandudum concupieram, ſed pudore penè ſubruſtico deterritus non audebam tot alioqui negotijs diſtrictum diutius interpellare, nunc obteſter, de morbo Gallico diligenter ut diſſeras. Nam hæc opuſcula, quæ circunferuntur, potius aliquando infirmitatem, q̃ ſanitatem patientibus exhibent, quæ quidem tãquam deterrima deteſtor: nec mehercule iniuria. Quid etenim præter ſuffitus illinitionesq; uiui argenti (extinctum, quod uiuum eſt, dicunt) quibus mea ſententia nihil eſt deterius, in ſe habent? A te uero cumprimis originem, cauſam, cognationem, principium, qualitatem prædicti mali, deinde uictum, abſtinentiam, quã ſuſtinere debeat affectus, tum potiones, medicamenta, pharmaca, fomenta, quibus huiuſmodi noxa ferè plerunq; ſolet expugnari, deſidero nulla alia de cauſa, niſi, ut ubi primum talia fuero diligẽter expiſcatus, tanquam planus improbiſſimus ſecũdarum partiũ, ſtatim primarum fiam. Proinde uide quid agas. Hæc te prius ſcire uolui, ne poſtea dicas non prædictum. ANDREAS. Bene

profecto

proſectò & ex uſu noſtro id ſermonis nunc incidit, quippe de his me percunctaris, quæ iandudum ſcribere conceperam animo: cal-caria igitur equo ſponte currenti (ut aiunt) addidiſti: nam quod tu perplexe minitaris poſtea uidero: quamuis (uerè dicam) nimiū oneris nobis imponis, quaſi uero cæteros in hac cura medicos ex-cellamus. Tu quidem mi Franciſce, qui tantum mihi tribuis, quan-tum ego nec agnoſco, nec poſtulo, facis amicè: tametſi uellem ali-quando con ſore, quod credis eſſe, aut futurum breui ſperas: ſed certe (ingenue dicam quod ſentio) nihil in me uideo ſigni, quo poſ-ſim quandoq; id futurum mihi promittere. Sed de his hactenus. Verum antea quàm hi ſermones ſe altius efferant, ut uiua tantum ueritas cæleſtis ſpiritus gratia ore noſtro proferatur in lucem, in primis Deo optimo maximo inuocato colloqui incipiamus.

ENARRATIO.

OMNIPOTENS pater (ut Heſiodus) antiquorum peruicaciā perſpiciens, Pan-dorā cum dolio malis referto terris immi-ſit. Denuò memoria patrū, ut irreſſrenatā mortaliū luxuriā debitis afficeret pœnis, aut ꝓpoſitis contineret ſupplicijs, morbo quē Gallicū uocamus, Italiā bellorū ꝓcel-lis concuſſam confecit, qui poſtea contagione uulgatus eſt. Quidā deo, cum ſit ſumma bonitas, mala tribui non debere contendunt, proinde gentium colluuione àerem infectum producunt. Habes originē, nunc cauſam cognoſce, de qua medicorū præſtantiſſimo cuiq; diuerſa ſententia eſt, ut nō poſſis quis uero propius acceſſe-rit, facile conijcere: quippe quoniam philoſophantes pleriq; in Sa-turni Martisq; aſpectu cū retrograda Venere cauſam cōijciūt, cuius cōiunctionis tāta fuerit malitia, ut nō immeritò morbus inde proceſſiſſe ſit uiſus. Fuere qui corruptum cæli tractum ſangui-nem in atram bilem conuertentem cauſati fuerint. Nonnulli mor-bum Gallos, cum per montem Saluium iter facerent, à fœminis le-

proſis per coitum primitus contraxiſſe, eorum poſtea intemperãtia atram bilem pituitamq; procurante, memoriæ prodiderunt. Inde putarunt medicinam pleriq; profitentes malum Elephantiæ nõ abſimile, qui Cornelij Celſi, Galeni, Paulíq; Aeginetæ ſententijs uidebãtur inniti. Nõnulli melãcholicos uaros, quos etiã morbillos dicunt, aut malum mortuum dixerunt. Nos uero multis, eiſdemq; potentioribus argumentis conuincemus hunc morbum ab Elephantia plurimum diſtare. Cæterum morbillos melancholicos, ſiue malum mortuum, quis ſanæ mentis dixerit, qui nouerit morbũ Gallicum ſæuas neruorum diſtentiones, iuncturarum dolores, oſſium putreſcentium corruptiones, & ulcera ſequi malignitatis ſupremæ? Quibus omnibus ſanè conuincitur, nobis acceſſiſſe ægritudinem nouam. FRANCISCVS. Agis perplexe mecũ, tardiuſculus ſum, quamobrem cum hæc abs te diſſeri uerboſius uelim, tum illud in primis, quod minus eſt triuiale, quibus ſcilicet ſignis Medicus ille, qui laborantem ſit ſuſcepturus, hunc morbum à ſanguine, aut à bili, aut à pituita, aut ab atra bili cognoſcet procedere, quoniã mihi ſatis compertum eſt à quatuor humoribus hunc foueri poſſe. ANDREAS. Recte tu quidem Franciſce, & uere: neque enim ab iſto morbo, ni ita eſſet, ut dixti, tanta contagio, tanta nobis impenderent mala: quoquo te uerteris, hæc noxa præſtò eſt, nullo pacto excluditur, ſemper intẽpeſtiua, ſemper moleſta eſt. Verum tibi mos geratur. Nonnullos plerunq; uidimus puſtulis, & tuberculis exilibus ſubrubeis totum corpus aſperſum gerentes, quibus ſub alis, & in inguinibus, abſceſſus corporis turbinati, quadã malignitate ſubitò emerſerũt. Quod Galenus cũ à ſanguine, tũ à bile fieri credidit his uerbis, ſexto Aphor. lib. Sublimiores puſtulæ, atq; tubercula, ab humore calidiore generantur. Hæc ille. Sed is morbus, cum à ſanguine fouetur, humoris benignitate leuioribus curatur remedijs. Sunt qui maculas tantum rubeas, in luteum tendentes colorem monſtrauerint, quibus & in faucibus, & circa pubem, nunc eriſypela, nunc Perſicus ignis, & Phthiriaſis noua quadam ſpecie ſe efferant: hi ferè bilioſi circa frontem dolore conflic-

re conſli-

re conflictatur. Pituitæ uero, & atræ bilis ſigna ſunt, dolor in occipite, diſtentio neruorum, crurum uexatio, liuentes, & uerrucoſæ ſuppurationes, è gypſo præterea concretis nodis affecti, nocte magis quàm die torquentur. Vnde non abnuerim morbum Gallicũ à quocunq; foueri humore, præſertim cum uiderimus omnes ſpecies apoſtematum, cutisq; exulcerationis, & malorum ulcerum, ab expertis chirurgis, eiſdemq; doctiſſimis uiris, eorundem monimentis annotatæ, huic complicari, quibus rarius, aut nunquam fortaſſe remedia monumentis literarum prodita Gallica malignitate contulerunt. Omnia itaq; (ut uno uerbo dicam) morborum genera, quæ à medicis deſcribuntur, poſſunt cum Gallico concurrere: tantum etenim ineſt uirus, & ubi primum iecur occupauerit, mortales illico in morbos paratos fieri detrudat. Si quod etiam corpus occupauerit, infecerit ue, aliqua ægritudine prius imbutum, in ſuã malitiam breui conuertit eam, ut ſcelerum multitudine nobis tam uirulentam peſtem diris immiſſam non immeritò uidear dixiſſe. Sed nunc quod pollicitus ſum. Nonnulli medicinæ interpretes non contemnendi tempeſtate noſtra, pluribus priſcorum monumentis innixi, morbum Gallicum eſſe Elephantiam omnino uoluerunt. Quorum ſententiæ non accedentes, dicimus teſtimonio eorum, qui de Elephantia conſcripſerint, ſemper ex ea pedes ægrotantiũ intumeſcere. Celſus etenim his uerbis utitur: Summa eius cutis inæquabiliter craſſa, tenuis, dura, mollisq;, quaſi ſquamis quibuſdam exaſperatur, corpus emacreſcit, & pedes intumeſcunt. Galenus etiam de medicis diffinitionibus ſic autumat: Elephas eſt affectus, qui cutem craſſam, & inæqualem reddit, tum colorem liuidum in albo oculorum facit, exeduntur pedum, manuumq; ſummæ partes, ſanies defluit liuida, & male olens. Plinius etiam libro. XXVI. cap. primo naturalis hiſtoriæ ſic: Diximus Elephantiaſim ante Põpei Magni ætatem non accidiſſe in Italia, & ipſam à facie ſæpe incipientem, in nare primo ueluti lenticula, mox inualeſcente per totum corpus, maculoſa, uarijs coloribus, & inæquali cute, alibi craſſa, alibi tenui, dura ceu ſcabie aſpera, ad poſtremum uero ni-

Oĩa morborũ genera cũ Gallico cõcurrunt.

Morbum Gallicũ nõ eſſe Elephãtiam.

greſcẽte, & ad oſſa carnem apprimente, intumeſcentibus digitis in pedibus manibusq́;. Haec equidẽ dicta ſi recte perpendimus, maximum diſcrimen inter hos inuenũt, cum dicant, quod ſumma cutis eſt inaequabiliter craſſa tenuisq́;. Quod morbo Gallico laborantibus fere non euenit: nam quamuis ſint tubercula, puſtulae ue in corpore ferè toto, ſumma tamen cutis aequalis apparet. Addunt Elephantiam prope nares ſemper oriri, at Gallicus colem, teſticulosq́; quamprimum infeſtat. Poſtremo Elephantiaci maximos in pedibus patiuntur tumores, ſicut etiam pedum manuumq́; ſummae partes exeduntur: at in Gallicis ſecus eſt. FRAN. Quid tu haec mihi? quaſi uero cum imperitiſſimis rerum omnium ſermonẽ habeas: nam quotuſquiſq; eſt, qui tibi talia differenti tacitus aſſentiatur? Verum ut ad me redeã, quod ex autoritatibus ueterum perſuadere conaris, aliter eſſe experientia compertum habeo. Romae dum eſſem, nonnullos uidi turbae praetereuntium expoſitos in Aurelio põte, iuxta molem Hadriani, morbo Gallico male affectos, manibus exeſis, naribusq́;, tum detritis omnibus articulis, inaequali ſumma cute: quo fit, ut aut hunc morbum Gallicum non fuiſſe dicas, aut Elephantiam Gallicum morbum fatearis praeter ſententiam. ANDR. Noli tam ſuperbe, ne dicam ſubabſurde, dicentem compellare, cum tu, ſi recte memoria teneo, ſuperius, cum omnibus humoribus conglutinari, ego cum omnibus aegritudinibus habere cognationem dixerimus. Quod cum ita ſit, qui fieri poteſt, ut annuat, Elephantiam pedum potiusquàm aliarum corporis partium malum? Quod ſi ſuperioribus uerbis parum credideris, adducam Galenũ ad Glauconẽ libro ſecundo cap. de cãcro, talia dicentem: Saepius cancer ad uarices decurrit, & quandoq; ad cutim uniuerſam expellitur, fitq́; is morbus, quem Elephantem nominant. Quid igitur obſtat, cur nõ iis Gallicis, quos adduxiſti, tum humoris admiſtione melancholici, tum medicorum praeterea negligentia Elephantia acceſſerit? Quinetiam Auicenna III. ſui Canonis, Elephantia, ait, eſt additio in pedibus ſecundũ modũ, qui accidit in uenis uaricum. Item Raſis in libro diuiſionum ſic:

Elephan-

Elephantia accidit in pede, & crure, ita quod quãdo cõſirmatur non habet curationẽ. Subſequitur iis Auenzoar, Dicitur Elephãtia, quia taliter diſponuntur pedes, ut aſsimilentur pedibus uel tibijs Elephantis. Cauſas autem eiuſmodi ægritudinis paucis VI. Aphor. lib. commen. XXI. aperuit Galenus, cum dicit, Varix autem eſt, cum uenæ latiores fiunt in coxis, & cruribus, quod ex craſſo, & melancholico humore contingit. FRAN. *Hoc me iudice nihil ad rem: nam Galenus de uaricibus tantum, non de Elephantia loquitur.* ANDR. *Sat tibi erit audire Auicennam, Galeni interpretẽ, aſſerentẽ III. Can Elephantiã eſſe in pedibus augmentũ, ſecundũ modũ, qui accidit in uenis uaricum, quod non aliter à Galeno ſuperius percipi uidetur, cũ dicit, Fitq; is morbus, quẽ Elephantẽ nominant. Eiuſdẽ ſunt ſentẽtiæ neotericorũ pleriq; quorũ rationes pluribus explicare longũ foret. Elephãtia igitur cũ in cruribus, & pedibus plerũq; uerſetur, & morbus Gallicus cũ in pudibundis particulis, tũ deinde p totũ corpus emergat, idẽ eſſe nõ poſſunt. Nõ tamẽ inficias eo, Gallicum morbũ Elephantæ accedere poſſe, ſicut etiã contrà. Nã ſecundũ Galenũ Elephãtiæ duæ ſunt ſpecies, cum enim aſſerit cãcrum ad uarices decurrere, pedum Elephantiã excitare comprehẽdit: cum uerò ad cutim uniuerſam, Elephantiam in toto corpore, quam ab Arabia autores Lepram appellant. Verum cum ab eiſdem cauſis atq; humoribus non minus una, quàm alia eueniat, de his tecũ indifferẽter ſum locutus: nam de ægritudinum nominibus parum curandũ cenſemus (ut Galenus) cũ aderit morborũ bona curãdi ratio. Iſach enim in ſuo uiatico: Cõſtãtinus ac pleriq; alij excellẽtiores unã tãtũ lepræ ſpeciem Elephantiã dixerunt: cũ quatuor lepræ à quatuor humoribus ingruãt. Prima cauſatur ex ſanguine cõbuſto, quæ alopecia dicitur. Secũda à pituita corrupta, non abſimilis Tiri ſerpentis, à quo nomẽ accepit, excoriationi. Tertia ex bile cõbuſta fit leonina calidior alijs, oris diſtinctionem terribilem tanquam faciẽ leonis efficiẽs. Quarta & ultima ab atra bili qua cum ægrotantiũ crura ad Elephantum ſpeciem tumeant, Elephantia dicitur. Quibus*

liquido

liquidò patet, Elephantiæ duas eſſe ſpecies, ægritudinem ſcilicet pedum peculiarem, tum etiam Lepram, de qua Plinius & Celſus dixerunt: quia cum iſta complicantur, maculæ per totum corpus, oſſa corrumpuntur, & articuli decidunt. Ideoq; bene Galenus: Exeduntur ex ea manuum, pedumq; ſummæ partes. Quamobrem liquidò patet, cum unaquaq; Elephantia, manuum, pedumq; tumorem, articulorumq; caſum complicari, ac alteram in cruribus & pedibus, alteram prope nares oriri. Non igitur rectè morbum Gallicum Elephantiam dixerimus. FRAN. Cogor autoritatibus, rationibusq;, quas attuliſti mihi, omnino aſſentiri: quo fit ut te facile patiar iſto modo differentem. ANDR. Atqui res maxima agitur, quæ pluribus indigeat autoribus: neque mihi tantum tecum eſſe ſermonem iudico: uolo igitur ut ſeſe efferant ij ſermones noſtri: quamobrem me pluribus ratiocinantem feras. Nunc, ut ad rem redeam, Raſis libro diuiſionum: Quando, ait, cum Elephantia magnificantur eminentiæ, non recipit curationem. Item Almanſoris nono: Hæc paßio poſtquam inueterata fuerit, ad ſanitatem omnino redigi non poteſt. Cui aſtipulatur Auic. inquiens Elephantiam malignam eſſe, quæ parum ſaneſcit, & oportet ut dimittatur cum diſpoſitione ſua. Quibus omnibus cum ſit comprobatum, inueteratum Elephantiacum nullis medicamentis ſaneſcere, liquidò patet Gallicum ab hoc plurimum diſcrepare, utpote qui tam uetus, quàm recens à nobis rectè curetur.
FRAN. Confundis, me iudice, orationem: neq; poſſum rectè conijcere, an de Elephantia Arabum, an Græcorum loquaris. ANDR. De utraq; profectò mi Franciſce loquor: neque Arabum, neque Græcorum morbum Gallicum eſſe Elephantiam puto. FRAN. Cur igitur Galenus undecimo de ſimplici medicina, cap. de carne, quem Elephantia iandudum torſerat, hauſtu uini, in quo forte fortuna uipera quædam uitam cum morte commutauerat, diebus caniculæ curatum fuiſſe memoriæ prodidit, cum tu inueteratum Elephantiacum nullis medicamentis ſaneſcere contendas? ANDR. Hoc totum nihil ad me: quippe

quippe quod aſſerit, prodigij loco habetur. Nam Galenus idem lib. ſecundo ad Glauconem uidetur aliter ſentire, cum dicit: Viperas etiam decoctas ex oleo, ſale aſperſas modico, perinde ac anguillas in cibum recte dabis: quæ morbi initio omnia tētabis: quippe inueteratam Elephantiam, radicibusq; innixam, reprimes potius quàm curabis. Iterum VI. Aphoriſ. comment. XLVII. inquit, in altero Elephantem inchoantem, primo per uenæ ſectionem, & purgatione ſe curaſſe, & ſingulis deinde annis hunc purgaſſe una tantum purgatione, qua tamen omiſſa ſtatim morbum rediuiuum fuiſſe. Nos autem pleroſq; à morbo Gallico, tum recenter contracto, tum cum malis pernicioſisq; accidentibus inueterato curauimus, qui poſtquàm conualuerunt purgatiuam potionem nunquam acceperunt, & ijs tamen nequaquam morbi accidens aliquod rediuiuum fuit. Quo argumēto iſtorum morborum differentia aperte conijcitur. Nec hoc tantum dixiſſe ſufficit: alia eſt addenda ratio, Galeni autoritate nixa, qui libro de tumoribus aſſerit, Elephantiam à melancholico ſanguine in atram bilem temporis interuallo conuerti, cuius os fœtidum argumentum fuerit, & horribilitas in uultu. Morbus igitur Gallicus cum à quocunq; humore defluat, & Elephātia ſit tantum ſanguinis melancholici, longe ab eo diuerſa comprobatur. Et quoniam præmiſimus medicorum multorum ſententia, morbum quem Gallicum dicunt, cum pituita, & atra bile tantum habere conſortia: propterea multi ab eiuſmodi morbo non emergunt: quippe quoniam ſanguineus humor aliter quàm bilioſus curatur, & diſcrepat in curatione pituita ab atra bili, ut inferius docebimus. Nam ſi bilioſum & melancholicum iiſdem medicamētis, quibus ſanguineum, & quem pituita male habet curaueris, aggreßi fuerimus, magis mortem quàm ualetudinem promittemus. Quod nōnullorum Empericorum uno pharmaco omnes homines curantiū inſcitia, ſiue dementia potius deprehenditur, teſte Galeno, qui primo Aphoriſmorum ſic ait: Quod ſi aliorum humorum fiat euacuatio, & non eorum qui corpora noſtra moleſtant, contrarium euenit, neq; enim confert, & grauiter

grauiter ferunt, Quamobrem morborum cauſas altius inueſti-gandas recte patet. Quod aſſerit idem Galenus primo Aphor. libro: Morbos ait in primis maxima diligentia indagandos, quoniam ſi recte conijciantur, quæ ſit adhibenda proprie medela, facile conijciemus. FRAN. Bene ſanè, & ex ſententia dixiſti: quo fit, ut non poſsim iſtorum non deteſtari iudicium, qui nunquam ſe ſatis euaſiſſe uim morbi ducunt, niſi in Empericorum manus inciderint, qui nullo diſcrimine ætatis, habitudinis, ſexus, eodem medicamento mortales curant, ſiue potius urunt. AND. Quod minitaris, non eſt abſurdum: nam & eiuſmodi hominum genus, ea promittunt ſe præſtaturos, quæ unquam ne ſomniarunt quidem, nedum præſtiterint, paucis pecunijs conducti. Eſt etenim tanta morbi malitia, graueolentia, contagioſa uis, ut non iniuria medici, quorum exiſtimationem plurimi faciunt, id Empericis condonent, id eſt, tonſoribus, Iudæis, & circumforaneis pharmacopolis, nihil omnino purgationis agnoſcentibus, præter unam colocyntidam, quam ut filiolam ſemper amplexantur. Sed ad propoſitum reuertamur. Memoria teneo nonnullos me legiſſe, qui morbum Gallicum pituitæ tantum dixerint complicari, idq; aſtruere non dubitarunt hoc argumento: Hominem quendam defunctum membratim inciderant, cuius iuncturis magna uis pituitæ ſuberat. Quod quamuis dederim fuiſſe, nihil eſt tamen: nam præmiſimus, cum quouis humorum Gallicum morbum conglutinari. Huic igitur cum multa laboraſſet pituita uiuens, quæ ſuapte natura ad iuncturas ſemper defluit, mortuo id eueniſſe non eſt mirum. Nam Galenus VI. Aphor. Semper, inquit, in articulis compagibusq; humor pituitoſus aceruatur, quem mucorem appellant. Quod ſi dixiſſent, ex uiginti inciſis eodem morbo confectis hæc omnibus apparuiſſe ſigna, ſatis apud me ponderis haberet. At ego dũ eſſem Romæ à Sancti ſpiritus diuerſorio curationi ægrotantium conductus, mecumq; eſſet Bernardinus Hiſpanus, Barbolomeusq; quem noueras, ad Xenodochium incurabilium ſancti Iacobi ſæpius acceſsimus, ubi multos morbo Gallico iam defunctos

Morbum Gallicum cum ſola pituita nõ cõplicari.

ctos articulatim obtruncauimus, ex quibus pleroſq;, nulla penitus inuenta pituita deprehendimus. Sed ut procedat oratio, ſub idem ferè tempus ligno, quod Indicum dicunt, iis prudentiores medici temere medebantur: quod meo iudicio, experientia magis quàm ratione procedebat. Nam lignum, ut inferius explanabimus, bilioſis & melancholicis minime competit, cum ſanguineis & phlegmaticis maxime conueniat, Galeno VI. Aphor. ſic dicente: Carnes habentibus humidas famem adhibere conuenit, fames enim exiccat corpora. Vnde nec audiendi ſunt à Germania medici, qui morborum generibus ferè cunctis, hoc ex aqua decocto medentur. Nam apud Germanos apprime uentri deditos, plerunque quod hoc curæ genus ſucceſſerit, non eſt mirum, cum cuncti eorum morbi ferè uentris indulgentia eueniant. Verum quod ſuper eſt uideamus. Hunc morbum ætate patrum, ſicut diximus, irrepſiſſe conſtat: nec miremur, cum ſæpe aliàs in aliis morbis idem uſu euenerit. Nam Plin. XXVI. natur. hiſtoriæ cap. primo: Senſit, inquit, & facies hominum nouos omniq; æuo priore incognitos non Italiæ modo, uerum & ferè uniuerſæ Europæ morbos, tunc quoq; nec tota Italia, nec per Illiricum, Gallias ue, aut Hiſpanias magnopere uagatos. Celſus etiam ſæpe ait incidere genera morborum, quorum cauſæ & naturæ ignorantur. Cæterum fons huiuſce mali ab hepate eſt, nanq; cum eò gradatim aſcenderit, omnes inficit humores, ſed magis atram bilem, & pituitam. Quod cum ita ſit, nunc nomen eius unde primum defluxerit, diſſeramus. FRANC. Iſtud abs te tacitus deſiderabam. Nam quamuis quæpiam ſuprà dixeris, pluribus tamen uerbis ſigillatim nomen explanandum uidetur, ut cum uigilantiam patrum mirificam cognouerimus, qui nobis induſtria ſumma comparauerint hoc malum, quo nomine appellarint etiam non neſciamus.

ANDR. Iocaris tu quidem: ſed mehercule extra iocum hoc unum ſcias, ante Caroli Francorum regis aduentum, nec morbum nouiſſe Italiam, nec nomen audiuiſſe: tunc primum Gallorum intemperantia, uictorúmque temeritate coniuncta ſuperbiæ

perbiæ, ſacra propbana iuxtà habentium, hic morbus inuaſit: præſertimq; cum per Campaniam populabundi uagarentur: nam (ut noſti à Salluſtio dictum) uictoria non ſolum inſolentes effert, uerumetiam ſapientiores corrumpit. At eorum furor, uecordiaq; proceſſit eò, ut non ab intactis, non à religioſis, non ab infectis iniuriæ uim abſtinerēt, ſanæ infectæq; mulierculæ iuxtà habebatur, nihil ſibi officere poſſe ducentes: quæ eſt eius gētis mira ſuperbia, innataq; uanitas. Forteſortuna dum mœchantur inciderunt in quaſdam morbo confectas contagioſo, quem (ut par erat) contrahentes, nec à meretricibus abſtinentes, tum in deterius prolabebantur, tum ſanas, quod deterius, inficiebāt: inde uulgari morbus cœpit, ut ueluti continens incendium prouincias totius orbis momento temporis inuaſerit. A Gallis igitur quoniam primum emerſerat, dici Gallicus iure is morbus ab omnibus eſt cœptus, præterquam, quod Galli nomen hoc patriæ infame non agnoſcentes, Parthenopeum à loco dixerunt. Porrò quocunq; nomine appelletur, coitu in primis, & unius lecti conſortio contagioſus, primum penè uiris inficit colem, ſcrotum, & inguina infeſtat. Os autem uuluæ fæminarū quibuſdam cruſtis, & exulceratione, ſtatim corrumpit, ex quo grauis odor, & pus uirulentum maxime defluit, ut nares ſint propius accedentibus non immeritò continendæ. Nam ſunt qui crediderint contrahi noxam non ſolum coitu, ac lectuli conſortio, uerumetiam ſolo odore. Quibus refragatur Nicolaus Maſſa, nulla aliquando contagione Gallicum fieri ducens, ſed euenire ex affectis humoribus, alijsq; cauſis nonnullis, ut febres, cæteræq; ægritudines indies eueniunt: unde nō immeritò ſibi uidetur, quo magis ſuam aſtruat ſententiam, exempla puerorū non lactentium, quos ipſe curauerat, ne totum hoc ſcilicet lacti infecto aſcribatur, appoſuiſſe. Addidit etiam pleroſque hoc morbo affectos, quorum colem & ſcrotum neque puſtulæ, neq; exulcerationes unquam aggreſſæ ſunt. Quam ſententiam nos improbantes, aſſerimus duplici de cauſa fieri potuiſſe, tum quod materia non mordax primo iecur occulte ſerpens inuaſerit, inde diffuſa totum corpus

De morbi Gallici cō tagione.

ſæuis

ſæuis accidentibus corripuerit, parua temporis intercapedine: nam ex ſubagitatione uerendorum pori laxantur, & commode ingrediens inde uirus hepar occupat, ut Conciliatori diffe. CLXXVII. de lepra diſſerenti placuit: tum uero, fieri potuiſſet ut oſculo complexuq́; dum uenerem exercerent, inhærentes, haud difficulter inficerentur. Nam mirũ non eſt ex anhelitu poſſe quempiã noxam cõtrahere, ſi Plinio credimus, qui libro XXVI. cap. primo ſic ſcribit de morbo lichene: Grauiſsimum ex his lichenas appellauere græco nomine: latine, quoniam à mento ferè oriebatur, ioculari primum laſciuia, ut eſt procax natura multorum in alienis miſerijs, mox & uſurpato uocabulo Mentagram, occupantem in multis totos utiq; uultus, oculis tantum immunibus, deſcendentem uero & in colla, pectusq́;, ac manus, fœdo cutis furfure. Nõ fuerat hæc lues apud maiores patresq; noſtros, & primũ Tib. Claud. Cæſaris principatu medio irrepſit in Italia, quodam Perſino equite Romano quæſtorio ſcriba, cum in Aſia apparuiſſet, inde contagionem eius importante. Nec ſenſere id malum fœminæ, aut ſeruitia, plebesq; humilis, & media, ſed proceres ueloci tranſitu oſculi. Id ſi quis dederit paucis oſculis fieri potuiſſe, tanto magis continuo complexu, iugiq; oſculo dabit. Nam & pueros familiariter cognati deoſculantur, ulnis geſtant, ſecum habent: inde tenelli, delicatiq́;, tum pituita multa imbuti, contagioni ſunt obnoxij. Conſentaneum fuerit igitur morbum Gallicum ſola contagione per mortales graſſari. Nam Aſtronomorum apud me iandudum eſt exploſa ſententia, qui conſtellationibus hoc totum tribuunt: quippe quoniam ſi uera dicerent, cum magis atque magis indies inualeſcat hoc malum, neceſſe eſſet quoq; quotidie ferè coſdem fieri ſtellarum concurſus. quod quàm conſentaneum ſit, ipſi uiderint. Certe ſanctiſsimus ille uir Damaſcenus, quo cum libentius errauerim, quàm cum iis uera dixerim, in Aphoriſmis, ſic cõtra Mathematicorum ſententiam ſuperius enarratam teſtatur: Nulla res ſub cæleſti globo, uel circulo poſita, quocunq; gradu mutetur circulus, ultra reuocatur in æternum ad illud qualitatis, &

quantitatis, in quo fuerit in ipſo circuli motu. Hæc ille. FRAN. Vere meo iudicio nonnulli morbum Gallicum nõ eſſe ægritudinẽ nouam aſſerentes, à ueritatis uia penitus diuerterũt. Nam diebus elapſis, Aggregatoris cuiuſdam Lugdunenſis de Medica materia opus ad manus meas deuenit, quod dum lego, quædam de morbo Gallico oculis meis ſeſe offerunt. Quamobrem noui aliquid addiſcere deſiderans, quod de re ipſa ibi ſcriptum inueni diligẽter excerpſi. Omnibus igitur deinde pſcrutatis, maxime aberrare mihi

Gallicum morbũ nõ eſſe mentagram.

uidebatur: nam & morbum Gallicum appellare Mẽtagram auſus eſt eadem Plinij autoritate, quam tu contra Maſſam adduxiſti. Nam ſi Mentagra (quod morbi genus Græci lichenas appellant) fœminas, ſeruos, plebemq́; humilem ac mediam non inuaſit, uerum proceres tantum ueloci tranſitu oſculi, Aggregator ipſe uiderit, quomodo rectius dicatur Gallicus. Nam tempeſtate noſtra, nullis immunibus relictis, per mortales graſſatur. ANDR. Ingenue tu quidem, quamuis etiam alia ratione eius opinio cõfutari poſſit. Præmiſimus enim, Gallicum ſæpius in uerendorum particulis oriri, at lichenas quoniam mentum inuaſerat, Mentagræ nomen ſibi uendicauerat. FRAN. Laurentium quendam Phriſium diebus iſtis offendi, qui Auguſto menſe præterito de morbo Gallico ſuum opuſculum omnibus aperuit: quo ferè tantum ſiderum aſpectibus morbum eueniſſe fatetur, ac deinde digeſtiuis, ſolutiuisq́; pharmacis non omiſſis, linimentis argento uiuo carentibus iſtum pellere morbum atteſtatur: quod quidem mihi perpulchrum uidetur, cum omnes ferè medici in Mercurium inuehant. AND. Hic etenim, quem aſſers, penitus ignorantia refertus poteſt, nec una tantum ueritas ab eo elici poteſt. Nam ea quæ ſcripſit potius ſomnia, quam experta dici poſſunt. Putat enim ſuis linimẽtis Gallicum morbũ fugare, quo nihil eſt deterius, quibus quidẽ penè leuis ſcabies curari poterit. Semel eius tantum perlegi librum, qui mihi poſtmodum tantam nauſeam euocauit, ut ipſe è domo noſtra perpetuò exulare decreuerim. Quod ſupereſt, ſicut arbores plerunq́; ſolent primo uere frõdeſcere, uarijsq́; florũ generibus ornari, ita

diuerſico

diuerſicoloribus puſtulis humanũ corpus fœdabatur: quas ſi medicorũ cura peruigil expulerat, denuò nihilominus repullulabãt, ſiue certo temporis interuallo, cõtinuis ulceribus diffundebãtur, aut glandulas ſtantes, & tubera ex ſe gignebant, aut oſſa penetrãtes uitiabãt: quamquã ſine his etiã ſuperiora nõnunquam fiebant. Multi, quos morbus male habebat, noctu magis quàm interdiu intolerabili frontis dolore, neruorum, compagumq́ue, ac tibiarum diſtentione torquebantur. Nunc omnia ſemitius habent, tum quod non ita morbus ſit noxius, tum quod iam à medicis uera monſtrentur huic excogitata remedia. Nam, ut in Aphor. Damaſcenus, ex mutatione ſtellarum in longitudinem & latitudinem uitia, & conſuetudines mutantur. FRAN. Satis quæ abs te primo loco petieram, explicaſti. Supereſt, ut de medicinis eius agamus. Attentum interea auditorem me præſtabo. ANDR. Fiat ut uis. Iandudum morbum Gallicum ex quatuor humorum oriri aliquo tenes: aut enim in ſanguine, aut bile uerſatur, aut pituita, aut cum atra bile commiſcetur. Quæ quatuor, quanquam inter ſe colligata, atque implicita ſint genera, tamen ex ſingulis certe medicamentorum ſpecies naſcuntur. Hæc omnia ſigillatim cũ decreuerimus agere, latius declarabimus: tamen uidetur altius quædam prius repetere conſentaneum.

Diuiſio medicinæ.

Diuiditur medicina in tres partes, cuius prima διαιτητικὴ, ſecunda φαρμακευτικὴ, tertia χειρουργικὴ, à Græcis recte dicitur, ſecundũ Celſum, ex Diocles, Cariſtij, Praxagoræ, Herophili, Chriſippiq́ue ſentẽtia, ut eſſet quæ uictu, quæ medicamẽtis, quæ manu mederetur. Hæc in huiuſmodi curatione nobis omnia neceſſaria ſunt. Nam nequaquam, meo quidem iudicio, recte curatur is qui maxima abſtinẽtia, longioribus medicamẽtis, & ſolerti manuũ cura morbo non oppugnauerit, quoniam uix ſupradicta ſufficiunt. Sed quoniam quadrifariam, id eſt, per quatuor humores hunc diuiſimus, ſigillatim medicinas iis applicabimus.

De morbo Gallico ſanguineo.

Morbus itaq; Gallicus cruori admixtus ſine compaginum dolore, plerunq; exulceratis pudēdis, abſceſſus corporis, quæ Græci apoſtemata dicunt, interdum in dextro, nonnunquam in ſiniſtro inguine, aliquando utrinq; gignit: qui rubentes calidiq;, & nonnihil intumeſcentes, continuam febrem ſæpius gignunt. Nonnunquam per totum ferè corpus, circa collum potiſsimum, frontem ue, puſtulæ ſubtumidæ rubeo colore ſubfuſæ ſolent emergere, oculi rubent, uenæ intenduntur, præter conſuetudinem dulceſcit os, cætera membra torpent, à nona noctis ad tertiam diei horam malum ingraueſcit, arteriæ ſiue pulſus cōcitatius mouentur, urina uero ſubruffa, admodum ſpiſſa deprehenditur: præſertimq; cōſiderabis ætatem, corporis habitudinem, regionis tractum, anni tempeſtatē, præcedētem uictum, & ijs ſimilia. Quæ ſi ſanguinis dominium præ ſe tulerint, fies certior. Enimuero cum morbum miſceri cum ſanguine cognouerimus: triplici uia curationi inſiſtemus, quippe diæta, potioneq; non omiſſa, per unctiones, ſuffituſq; primo loco tentabimus. Ligno uero ab Indis accerſito, quod Guaiacum dicimus, deinde: poſtremo aqua noſtra philoſophica curationem perficiemus: qui tamen modus medendi uerboſius infra patebit, nunc alias curationes explanabimus. FRAN. Hoc abs te expeto. ANDR. Tacitus omnia citius audies.

Victus ratio.

Aër primum omnium ſit frigidus & ſiccus, hunc roſacea, plantaginis, acetoſæ aquis, aceto commixtis, ſuffitu præterea ſandalorum, cāphoræ, myrtillorum, roſarumq;, ſalubriorē reddes. Cibus ſit boni ſucci, id eſt ex obſonijs bonum procreantibus, malum uero ſanguinem puriorem facientibus. Similæ panis fermentatus, ſale conditus, diligenter in clibano toſtus. Carnes uitulinas affectus edat: hædos non aſpernetur: pullos deniq; gallinaceos appetat: aucupij omne genus ex montibus, pratis, & ſyluis petitum, præter coturnices, quibus (ſi Plinio credimus) ex ueneno ſumitur cibus. Horum carnes tum aſſas, tum elixas, prout eius appetit ſtomachus

recte

recte dabis conditas amygdalis, medulla panis, acriq; uino. Ordei cremore, alica, tum pane intrito ex aqua, uel carnium iure fruatur. Iis adijci poteſt lac amygdalinum, aqua ex ordeo, ſuccoq; malorum aureorum, quæ hodie Arancia dicimus, ſiue uino acri cõfectum. Quandoq; piſces huic etiam conferunt parui, ſaxatiles, ſabuloſi, ex aceto elixi. Trunculi etiam, cum petiolis hœdorum, uitulorumq;, ex uino punicorum malorum, & puſca decocti, congelatiq;, ut prouocetur appetitus, recte dantur. Ex oleribus, ſpinacia, borago, lactuca, intybus, lupulus, cicorea, ſcariola, acetoſa, portulaca, cucurbita etiam ex uino acri, uel ſucco aranciorum condita. Legumina uero, lac, lacte confecta, bulborum omne genus, & obſonia pipere aſperſa, ut piper linguam adurentia, uitanda ſunt omnia. Fructus fermè omnes fugiat, præter pruna damaſcena. Pira etiam, & poma decocta, tollendæ nauſeæ gratia ſaccharo aſperſa in cibum itidem non negauerim. Conferunt tamen cydonia prunis toſta, quippe quæ & ſtomachi exhalationes prohibeant, & concoctionem adiuuet. Quod ſi æger ſine febre fuerit, oua ſorbilia ex aqua decocta, cortice libera, cum acri ſucco dabis. Euenit plerunque, ut affectus oris exulceratione non mediocri cibum conficere non poſſit: huic pullorum gallinaceorum intritum, medulla panis addita, lac amygddalinum, & ius carnium imbecillarũ, ex cyatho propinabis. Potio ſit uinum album, ſiue rubeum, lene, decocta aqua dilutum, ſiue berberorum, ſiue punicorum malorum ſuccus. Quod ſi poſt hanc ſiti male torquebitur, Recipe tamarindorum, prunorum damaſcenorum, ſebeſtẽ, ordei, florum lupulorum, ſem. quatuor frigidorum maiorum, ſingulorum unciam, florum uiolarum manipulum. Hæc omnia in aquæ libris decem coquantur ad quartam, poſt hæc exprimantur, expreſſioniq; ſucci citri, uini granatorum, uini berberorum ſingulorum unc. i. s. addantur, & fiat cum ſaccharo potio longa. At ſi patientis innatant quæ confecerit ſtomacho, tunc is illiniatur oleo cydoniorum malorum, nardino, ac etiam maſtichino. Sex horis, aut adſummum ſeptem, per noctem dormiat. Die uero, ſi fieri poteſt, ſomno abſtineat. Pilæ ludus

ante prandium per horam hunc exerceat: deambulatio ſit concitatior uſq; ad ſudorem, quippe quoniam curationi morbi Gallici exercitatio plurimum confert. Bis die cibum capiat: à prandio ſeptem horarum decurſo ſpatio, exilior ſit cœna. Pro uirili triſtitiã expuat ægrotus, & lætitiam complectatur. FRANCISC. Quid tandem cauſæ eſſe dicam, quamobrem medicamẽtorum põdera, etiam iuxta præſcripta antiquorum, preſertimq; Cornelij Celſi, quem ſemper in manibus habes, quem tantopere miraris, & pro uiribus æmularis alioqui, non dirigas? ANDREAS. Quaſi uero è media Suburra ſermones noſtros expectes: non eſt ita. Hæc enim quamuis tecum agam, Conſentinis tamen & Brutijs Luciliano more arbitramur eloqui. Pingui igitur (ut aiunt) Minerua: cum præſertim ſi uolueris nimis obſoleta, quæ tu requiris, denuò in lucem proferre, miræ, non obſcuritas modò, ſed tenebræ etiam ſint ſecuturæ. Nam quibus uulgò medici nominibus ijs componendis utuntur, & nos uti quis uetat? Sed nos ad propoſitum. Iis ita ſe habentibus, urina ſi erit admixtione biliosa, non admodum ſpiſſa, ante uenæ inciſionem, accipiat pro alui lenitione floris caßiæ drachmas X. ſiue electuarij lenitiui tãtundem. ſi fuerit ſpißior, & ſubruffa, uiolarum, maluarum, betæ, mercurialis, ſingulorum accipiatur manipulus, & ex aquæ tribus libris omnia decoquantur, & per clyſtere infundantur, quibus additæ prius fuerint caſſiæ cribratæ drach. X. olei uiolacei unc. ij. ſacchari rubei unciola, ouiq; uitellus. Clyſtere deinde reddito, ex uena hepatis quantum ſufficit ſanguinis extrahatur. FRANCISCVS. Quæſo me interpellantẽ ſuſtineas, quippe nunquam ſatis attendi, quis modus ſit mittendo ſanguini, quis cruor ſyncerus, quis infectus. Nam ſi Cornelio credimus, craſſus & niger uitioſus, pellucens autẽ & rubeus eſt integer: idemq; præcipit tandiu ſanguinẽ mittendũ, quoad is pellucere incipiat. Sed uereor ne noſtrorũ corporũ imbecillitas ferre poſſit: quãobrem hæc abs te diſſeri latius uelim. ANDR. Mos geratur. Recte quidẽ Cornelius Celſus: nã ſi fuerit niger ſanguis & craſſus, donec colorẽ immutauerit,

recte mittetur. Quod ſi diutius idē perſeuerauerit, ſupprimendus eſt, ne patientis deficiat anima. Nā dicit hæc Auerrois Vij. Colli get, cap. de cura ſynochæ: Ars imitatur naturam, ſed ipſa nūquā in laudabili criſi uſq; ad ſincopim euacuat. Propterea Clinicus chirurgo mittēdo ſanguini ſemper aſſiſtat, ne hæſitatiōe timidius demittentis ſcalpellum fiat, ut ſumma cute tātum lacerata exiliat ſanguis ſubtilior ſubſidatq; craſſior. Ad hæc illud accedit, quod ſi pelluceat, eſt ſtatim ſupprimendus, etiā præter quod iuſſerit abſens medicus. Nā operarij chirurgi non recte agunt, qui à mandatis ne tranſuerſum quidē unguē nunquā audent aberrare, ſua ignorantia haud ſanguinē agnoſcentes. Nā Hippocratem ij quidem nō attēdunt primo Aphor. dicentē: Et uaſorum inanitio ſi talis fiat, qualis fieri debet, & confert, & bene tolerant: ſin minus cōtrà. Hinc deterior habitudo, medicorū dedecus, & ægrotantiū mors. Si uero ætas, & uis corporis, eiuſmodi uenarū inciſionē tergiuerſantur, cucurbitulas (cute prius inciſa) ſcapulis, & clunibus admouebimus. Cæterū, ut materia digeratur, qua plerunq; ſanguis putreſcit, hic ſyrupus recte ſepties ꝓpinetur, qui cōficitur ex rheubarbari electi drach. ij. florū uiolarum, boraginis, bugloſſæ, capillorū Veneris, lupulorū, radicum intybi, ſingulorum manipulo, ordei ſemūcia, ſeminū cōm. frigid. minorū ſing. drach. ij. tamarindorū, prunorū, ſebeſten, ſingulorum drach. VI. Contundantur hæc oīa leuiter, macerenturq; ex aqua fumiterræ, lupulorum, & intybi, triduū: deinde bulliant ad decoctionem quartæ partis. tū colentur, & prælo diligenter exprimantur: cremori ſacchari quantum ſufficit addatur, poſtea deſpumentur, & fiant ſyrupi ſeptē qui plurimū iecinori conferunt. Quod ſi impendio uoluerimus parcere, R. ſyrupi de cicorea compoſiti, de fumoterræ, roſati, ſingulorum unc. ij. s. aquarum lupulorum, intybi, fumiterræ, ſingulorū unc. V. & fiant ſyrupi ſeptē. Qui etiā ſic fieri poſſunt, R. ſyrupi de ſucco citri, de lupulis, de fumoterræ, de ſucco intybi, ſingulorum unc. ij. aquarū porculacæ, intybi, lupulorum, uiolarum, ſingularū unc. V. Digeſta materia hoc potu ſecurius euacuari poterit. Re. electua-

rij.lenitiui drach.iij.de ſucco roſarũ,de pſyllio.ſingulorũ drach. ij.ſyrupi roſati ſolutiui unc.i.s. & cum decocto florum, & fructuum cordialium fiat potus. Vel ſic. Rec. Mannæ electæ unc.ij. diſſoluantur ex decocto florum & fructuũ cordialium, & addantur diacatholiconis drach.iiij.s. electuarij roſati Meſ.drac.iij.ſyrupi de cicorea compoſiti unciola, & fiat potus. Vel ſic: Recipe Rheubarbari electi drach.ij.ſpicæ nardi dimidium ſcrupuli, nocte una macerẽtur ex aquis lupulorum, & intyborum, accedatq; pauxillum uini aromatici albi, deinde factæ uehementi expreſſioni mannæ maſtichinæ unc.ij.s. addantur, diacatholiconis præterea, electuarij de ſebeſten ſol.ſing.drach.iij.de pſyllio drach.i.ſyrupi uiolati unc.ij. & fiat potus. Aegro ſic perpurgato cucurbitulæ, quæ ſanguinem inter cutem exhauriant, ferro prius ſcarificata cute conueniunt: iuxta illud Gal.cap.de hirudinum curatione, & cucurbitulis, Eæ, inquit, purgatis prius corporibus utiles quidẽ, ſed in repletis (quæ plethorica Græci uocant) prætermittendæ ſunt: debẽt itaq; ſcapulis apponi utrinq; prope ſpinam, natibus, & fœminibus. Poſtremo die cubiculo ſe cõtineat ager. FRAN. Quid tu? Quantum uideo, ægro pro ægroto pro libidine uteris quod ſi reſciuerit Grammaticorum turba, tanquam Iudæi cogent te in uerba ſua iurare: nanq; præcipiunt ac iubent, ægrotũ corpore affectum dici debere: ægrum uero, cuius animus ſit perturbatus. ANDR. Quaſi tu ſis ex Grammaticis unus, ita uideris eorum partes ſuſcipere. Quod ſi mihi ſtomachũ feceris, adducam uel ſexcenta in te poëtarum teſtimonia, quibus ſi minus credideris, Ciceronẽ citabo. quid hoc? credis tibi cum imparatis rem eſſe? Sed uno ero contentus, ne tibi multitudine uerborũ ſim moleſtior. Vir. libro III. Aeneid. Aut ægra trahebãtur corpora. Quem teſtem ſi tãquã poëtam repudiaueris, Cic. in familiarib. ad Pætum: Statui ne ægro tibi quidẽ parcere. cum is ſcilicet Pætus podagra laboraſſet. FRAN Perge quà cœpiſti. ANDR. Quieſcat igitur æger in lecto. Locus, quo cubat, eodẽ ſuffitu, quẽ ſuperius expoſuimus, foueatur, ſemelq; uel bis ad ſummum quotidie

t idie

tidie pro uiribus iſto linimēto tibiæ,dorſum,& brachia inungantur. Recipe unguenti roſacei Meſ. unguenti triapharmaci in mortario plumbi ex oleo,& aceto roſato ſubacti,ſingulorū librā,mercurij extincti unc. VI.ſublimati drach.ij.camphoræ drach.s. & fiat in mortario linimētum. Siue, Recipe adipis porcini,butyri recentis.ſingul.lib.liqueſiant omnia lento igne,ex aceto poſtmodum & aqua roſarum cum plantaginis,ſpatula lignea unius horæ momento ſubagitentur. Deinde iectis aquis,& aceto,addātur unguēti triapharmaci(ebullito prius lithargyro ex aceto)unc. VI. unguenti ſandalini unc.iiij.mercurij extincti unc. Viij. camphoræ ſcrup.ij.& fiat unctio. Quam ſi efficaciorē uolueris,ſic efficies. Recipe unguenti roſacei Meſ. libræ pondo,butyri recentis unc. VI.unguenti triapharmaci ſuperioris unc.iiij.ſandalini unc. ij.ſaponis nigri unc.iij.olei amygdalini dulcis unc.ij.Mercurij extincti unc.Vij.Sublimati drag.ij.ſucci braßicarū,ſcabioſæ,fumiterræ, ſing.drac.iiij.& cōficiatur in mortario linimētū. Porrò haud ſis inſciens,patientē tantiſper ſuperioribus unctionibus inūgi debere, quoad putauerimus oīno materiā cōſumptā. Qđ cū ita ſit,dierū numero diffinire qui poſſumus? Signa tn̄ certiſſima dabimus,qbus certò ſcias,illinitū ſatis,cū denes dolēt,os exulceratur,lingua intumeſcit, dolores medicamētis cedunt,diſtentio neruorū deficit, & totū corpus laſſatur,ſatis illiniuimus,quibus perceptis,cibo ſuperius dicto,potuq; liberalius affectum fouebimus, quod tamen ad peritioris medici aſſiſtentis ſententiam reijcio. Interea ſi cor ægri deficere uidebitur, hoc remedio obuiam ibis. Recipe aquæ roſaceæ,uiolaceæ,bugloſſæ,boraginis,acetoſæ, meliſſæ, ſingularū unciam,aceti roſati,uini malorum punicorū.ſingul.ſemunciā, pulueris cordialis temperati drachmam,croci ſcrupulum,& fiat cataplaſma cordi applicandum. Sed euenit ex huiuſmodi unctionibus,propter humorem qui ex toto corpore ad os redundat,ut fauces exaſperentur, guttur exulceretur,& gingiuæ male habeant,tametſi ſanguineis minus id fiat. Primis igitur diebus id diligenter per os eijciatur,nam ſi malignitatem peccantis materiæ

retinuerit æger, nũquã ſaneſcet. Colluat ergo os aqua ex ordeo, melle roſaceo admixto, ſiue aqua ordeacea, & diamorone, ſiue aqua intybi, & ſyrupo roſaceo, Sed ſi dolor cum rubore, & inflammatione nõ mediocri circa guttur ægrum male torſerit, lacte caprino, is quo ex igne candẽs chalybs deferbuerit, fiat gargariſſatio, nam mirifice dolorem ſedat, ac incẽdiũ extinguit. A ſeptima die ſyrupo roſaceo cum aqua plantaginis, lactucæq́;, totum os foueat. Mundabimus, & ad cicatricẽ perducemus exulcerationes, ex aqua plantaginis, admixto melle roſaceo, & alumine, Poſtremo poteris idem perficere gargariſſatione tali, Recipe aquæ fabrilis lib. Vij. plantaginis, uini cydoniorum malorum. ſing. unc. iij. balauſtiarum, myrtillorum, ſumach, roſarum, ſing. manipulum, caudæ equinæ manip. ij. aluminis unciã: & bulliant hæc ad tertiæ partis conſumptionem, pòſt colentur: & addantur diameronis, mellis roſacei, ſingulorum unc. ij. & fiat gargariſſatio. Quibus remedijs ſi morbi malignitas nequaquam parebit, ſcapulis & natibus, inciſa cute, per cucurbitulas materiã diuertes, quinetiã ſi neceſſitas compulerit, ex uena capitis, ſiue brachij: protinus ſanguis mittatur. FRAN. Bene ſanè: & ex uſu ægrotantium gargariſſationes addidiſti, quibus exulceratum guttur & os ſaneſceret. Empericorum etenim turba, cum ſibi traditum perunxerint, faucibus ilico morbos emergentes, nullis medicamentis diſcutiũt, quorum inſcitia plerunq; euenit, ut momento temporis edẽtuli penitus fiant. ANDR. Hoc nihil eſt: uidimus enim multos edẽtulos, inſuper lientericis, dyſentericis paſſionibus miris iugiter male torqueri, quibus etiam ſuccubuerint, quamuis nõ negauerimus, hæc ſi in corpore athletico fiant, corrigi ſtatim recte non debere, inde enim ſæpe ſequitur perfecta ſalus in ualidis, at exiliori cibos ualentes ſæpius unoquoq; die recte dabis, uinumq́; rubeum dilutum fabrili aqua propinabis, ſtomachum & aluum oleo cotonei mali, roſaceo, myrtillo, nardino, ſpinacíq; hyrcino ceruinoque adipe perũges, lac præterea chalybeatũ, ſiue ius capitis uerueccini: addito melle, & oleo roſaceo, adipeq́; hircino per clyſtere infundes,

fundes. Quod ſi caſus eiuſmodi deſperationi ꝓximus fuerit, Atha naſiam, uel Philonium affectus bibat. Somni præterea difficultas uim maxime deprimit. Sic igitur affectis ex ſemine papaueris contrito lactucæq; aqua cremorē in potū recte dabis. Accedet tēporibus & brachijs ſpōgia, ex collyrio eiuſmodi. R. uini cretici cyathū mediū, ſucci hyoſcyami unc. ij. croci eliſci drach. quæ ſubigātur in unū corpus oīa, rectius tamē ex eo ſpongiā naribus appoſueris. Cæterū donec laborauerit, nec culcitras, nec ueſtes in quibus cubuerit unq̄ mutaueris. At ſi nihil uēter excreuerit, per clyſteres lenitiuos aluus ducatur. In priſtinā ſanitatē redactus æger, hac lotiōe calida totū ſibi corpus lauet. Recipe uini albi odoriferi lib. x. lixiuij li. V. roſarū, myrtillorū, camomillæ, florū ſalicis, ſing. m. ij. quæ decoquātur ad tertiā. Deinde ſtrigilibus puris bene ſiccatū, ꝑ illā diē cōquieſcere iubebis. Eidē gallinaceis pullis, & carnibus boni ſucci, uires priſtinas paruo tēporis interuallo reuocabis. Solet plerūq; medēdi genus hoc, morbū Gallicū nō ſolū recēter cōtractū uerūetiā inueteratū diſcutere. Sed quoniā nōnunq̄ ulcera putrida, exeſa, carcinomati proxima, quæq; ſerpunt more phthiriaſis, morbū Gallicū ſequūtur, cū eo etiā ut oſſa uitientur, manus operā male affectus etiā deſiderat, ſine qua fruſtra remedia oīa tētabimus. Quā ne deſideres, multis in calce tractabimus.

De bilioſo morbo Gallico.

IAM ſatis de morbo Gallico ſanguineæ qualitatis dictum puto, reliquum eſt, ut agamus de bilioſo, qui cum pudenda cuiuſpiam inuaſerit, ulcere ſtatim uirulento, ſerpenti, carioſo, cum rubore & inflāmatione nō mediocri debacchatur. Puſtulæ ſe exterius ingerentes, citreū colorem referunt. Pus fertur ex his fœtidū, admixta ſanie citrina, uirulentaq;. Accedit pruritus, dolorq;, qui nō mediocriter affectū pungit. Frōs à dextro tempore, magis quàm ſiniſtro, à tertia potiſſimū ad nonā diei horā, ſummo tentatur dolore. Guttur ut plurimū tumet eriſypela. Nōnunquam uero is morbo in Phthiriaſim commutato, adeò palatum male habet, ut cibus & potus per nares aſcendendo defluat: macies totum inficit

ſicit corpus,ſiuntq; tabificis haud diſsimiles: uultus,& oculorum album,croceum contrahunt colorem: accedit febricula,quæ tertianæ tenorem,ſiue ethicæ modum referens,ſolet affectos exercere: at urina ad citrinum tendit, Brachij uena pulſu ueloci frequentior,& dura deprehenditur. Amaror,& ſiccitas mira ineſt ori. Quodſi corporis habitudo,præcedens uictus,ætas,regio & tempeſtas anni cõcurrerint,materiã bilioſam facile conijcere poteris. Porrò curatio morbi prædicti ad frigidũ & humidũ tendẽtia poſtulat,quæ,ne tibi multitudine uerborũ ſim moleſtior,prætermitto. FRAN. Non adeò ſimplicium medicinæ rerũ ſum expers,ut quæ morbo iſto bilioſo in regimine uictus,ac ſex rerum non naturalium cõueniant,facile nõ agnoſcam: nam & multa,imò ferè cuncta,quæ ſanguineo conferre hodie mecum es allocutus, huic etiam adhiberi poſſunt. Perge igitur recto tramite. AND. Bene profecto. Igitur cum bilem deprehenderis, medicamentum quod leniat huiuſmo poteris conficere. Recipe floris caſsiæ unciam,electuarij lenitiui,de ſebeſten ſol. ſingulorum drach.i. addatur ijs ſaccharum,& in trochiſcum redigantur, Vel ſi delicatius per potionem nolueris agere, R. ſyrupi roſacei ſolutiui unc. iij. mannæ electæ unc. i.s. aquæ uiolarum unc. ij. & fiat potio. At ſi urina ſpiſsior feretur,hepatica uena utiliter ſcindetur, eo modo quo ſuprà. At ſi tenuior, pro libidine ſanguinis miſsionem poteris prætermittere, quamuis per urinam non poſsimus id recte iudicare. Nam quoſdam bilioſos curaui, quibus etſi ſubtilior urina,tamen craſsior ſanguis,& niger facta inciſione ferebatur. Non igitur fuerit abſurdum fortaſſe ſemper ijs ſic affectis ſanguinem mittere,cum,teſte Auicenna,phlebotomia ſit euacuatio uniuerſalis. Nam ſanguinẽ bonum ſtatim ſupprimemus, infectum uero tandiu ſinemus defluere,quandiu eundem retinuerit colorem. Quod atteſtatur Albucaſis cap. de utilitate phlebotomiæ,dicens: Nam ſanguis ſi eſt niger,tunc dimitte ipſum exire donec rubeat: & ſimiliter ſi uides ipſum groſſum,tunc dimitte eum, donec ſubtilietur: & ſimiliter ſi eſt acutus,donec auferatur acuitas eius

tas eius. Hæc ille. Poſt uenarum inciſionem, ut materia concoqua-tur, quinquies, uel potius ſepties ſyrupus is hauriatur. Recipe ſcariolæ, intybi, cicoreæ, lactucæ, portulacæ, acetoſæ, florum uiolarum, ſing. manip. i. s. ſeminum cõm. frigid. ma. unciam, rheubarbari electi ſcrup. ij. radicum centaureæ maioris ſcrup. ij. ſpicæ grana tria, ſeminis papaueris albi, floris nenufaris, ſing. drach. ij. s. ſandalorum omnium ſcrup. iiij. contundantur unà rheubarbarum, ſpica, radices, ſemina, ſandaliq; in aqua libræ unius ponderis, intybi, & fumiterræ, & lupulorum, per dies continuos tres macerentur, poſtmodum ex libris tribus aquæ ordeaceæ, & libra una uini malorum punicorum, cum prædictis herbis, ad mediam concoquatur. Addantur ijs flores ad finem ferè decoctionis, poſtea colentur, & exprimantur prælo expreſſioni ſacchari unc. Viij. addantur, inde ſint ſyrupi. Vij. Vel, R. ſyrupi acetoſi ſimplicis, ſyrup. roſarum ex infuſione, ſyrupi de fumoterræ, ſingulorum unc. ij. s. aquarum intybi, acetoſæ, lupulorum fumiterræ, ſing. unc. VI. miſceãtur hæc omnia fiantq; ſyrupi Vij. Qui ſic etiam fieri poſſunt: R. ſyrupi de acetoſitate citri, de ſucco intybi, oxyſaccharæ. ſing. unc. iij. uiolati unc. ij. aquarum cicoreæ. intybi, portulacæ, fumiterræ, lactucæ, ſing. unc. V. & fiant ſyrupi Vij. Enimuero cognoſcens materiam iam digeſtam, R. ſeminum quatuor comm. frigidorum ma. ſingu. drach. ij. ſeminis papaueris albi drach. iij. Contuſis deinde in mortario lapideo ex uncijs duabus aquæ egelidæ intybi, & fumiterræ, exprimas cremorẽ, cui ſyrupi roſacei ſolutiui unc. ij. electuarij roſ. Meſ. diacatholiconis, ſing. drach. iij. addes, quam potionem affecto propinabis. Vel, R, diacatholiconis drach. iij. elec. de pſyllio, confectionis Hamech, ſing. drach. ij. s. & cum infuſione drach. i. rheubarbari præparati ex aqua intybi, & fumiterræ: fiat potus. Sic aliter fieri poteſt. R. ſyrupi roſacei ſolutiui, ſy. de cicorea compoſiti, mannæ electæ, ſingu. unciam, elect. lenitiui drach. iij. de ſucco roſarum drach. ij. s. rheubarbari ſubtiliter pulucrizati drach. mediam, ſpicæ gra. ij. & cum decoctione florum, & fructuum cordialium, fiat potio longa. Reliqua pote-

ris

ris ſuperioribus recte conijcere. Cæterum tibiæ, tum cæteræ corporis compagines hoc unguento illiniantur: R. unguenti roſacei Meſ. librā, ex aquis florum pomorum heſperidum, quæ hodie arācia uocant, ſiue florum myrti, roſarumq; damaſcenorum, ſing. quantum ſufficit. Hæc ſpatula lignea per horam ſubagitabis, poſtremo proiectis aquis in mortario marmoreo, pomatæ tum odoriferæ, tum recentis unc. VI. ſaponis damaſceni odoriferi minutim inciſi unc. ij. unguenti triapharmaci ex oleo roſacco omphacino, & aceto roſato unc. iiij. muſci ex aqua roſacea ſcrup. ſemis, camphoræ ſcru. ij. pulueris cypri drac. iij. mercurij extincti unc. VI. ſublimati drach. iij. ſandalorum alborum drach. i. adiectis, in unguentum rediges. Si uero pauperibus conſulere uolueris, R. aruinæ porcinæ libram, butyri recentis unc. ij. liqueſiant ſimul ad ignem, ex aqua poſtea ſolatri, portulacæ, ſemperuiuæ, & aceto roſato, ex uaſe fictili ligneo baculo ſubagitentur, dehinc proiectis aquis, addantur unguēti triapharmaci ſuperius dicti unc. iiij. ceruſæ lotæ uncia, mercurij extincti unc. V. ſublimati drach. ij. & fiat diligenter linimentum. Reliqua ſuperius diximus. Hoc etiam morbi Gallici contractam recenter noxam, ſine unctionibus diſcuties. R. aquæ roſarum lib. ij. plantaginis, ſolatri, ſingul. lib. i. s. uini granatorum, ſucci uuæ acerbæ, ſingulorum lib. s. aquarum ſcabioſæ, fumiterræ, ſingul. uncias tres, mercurij ſublimati unc. ij. Mercurius in puluerem tenuiſſimum redactus, prædictis aquis maceretur, hæc deinde omnia ex uaſe uitreo, igni ſuccenſo, ferueant, non alio mehercule pacto, quam decocta aqua ex ordeo fieri ſolet. Hoc quidem egelido omnes corporis compages lauentur, brachiaq;, cum tibijs, à genu, & à cubito, donec dolores cum cæteris euaneſcant, Diebus lotionis è cubiculo pedem male affectus nō efferat, ſed caueat omnia perinde ac ſi iungeretur. Huic etiā quæ præmiſimus accidere ſolent, oris ſcilicet ulceratio, defectus animæ, uentris deductio, ſomni difficultas, quibus omnibus quo pacto fuerit occurrendum: declarauimus. Enimuero non abre fuiſſet oſtendere, quantum hoc morbo affectis inueheat detrimenti

menti curatio per lignum, quod ſuperius declarauimus, præſertim ſi Gallicus is macie affectus fuerit, niſi id inferius aſſerere decreuiſſem. FRAN. *Satis ſuperq́; te diſſerẽtem de ſanguinis, biliſq́; qualitate, tulimus, quamobrem iam pituita ſe ingerat.*

De morbo Gallico pituitoſo.

ANDR. *Omnibus igitur ægrotantibus, quos pituita male habet, rarius puſtulæ per totum corpus emergunt, niſi fortaſſe ſanguinis aliquid adiectũ fuerit: quia pituitæ natura (ut dixit Gal. VI. Aphor.) ad iuncturas potiſsimum decurrit, unde omnium nõ ſolum iuncturarum, uerumetiam articulorum intolerandi dolores fiunt, qui occiput potiſsimum, tibiaſq́; male habent, noctu magis quàm interdiu, id eſt, à tertia hora noctis, ad nonam potiſſimum torquẽtur. Horror eſt in capite, cæteriſq́; membris, at cum materia ſalſior accedit, tota inguina, cum coleis, uultuq́;, tum uolas manuum: pedumq́;, impetigo arripit. Quod ſi cum ſanguine complicatur, ut plerunq; uidimus, circa collum, gulamq́;, ſub alis, inguinibus, & pedum compagibus quædam glandulæ ſtrumis haud diſſimiles emergunt, os albeſcit, ſenſus obtunduntur, bucca multo fluore inſulſo, acri, nonnunquam ſalſo redundat, nares muscoſæ, ſtomachus male concoquit, urina alba, ſpiſſaq́; fertur, uena ſubſidit. Quod ſi corpus, ætas, cæteraq́; eiuſmodi à pituita fuerint, morbum admixtum eſſe phlegmati conijcies. Requiritur huic ergo curationi primo loco ſex rerum non naturalium regula ad ſiccum & calidum declinans. Cubiculum ſit meridiano, ſiue exorienti ſoli expoſitum, cuius aër, præter æſtatem, quotidie bonis odoribus ſuffiatur. Nec abſurdum fuerit hæc omnia in pilam redacta per hyemen manibus affectum geſtare. Rec. ladani electi unciam, ligni aloës. ℥. s. ambræ. ℈. s. galliæ muſcatæ, ſtyracis calamitæ, benzuim, ſing. ℥. ij. s. ſerpylli, amaraci, ſatureiæ, ſing. ℈. ij. quæ terantur omnia, & ex aqua lauendulæ in pilã ſubligãtur. Cũ uero inedia, teſte Damaſceno, Celſoq́;, medicina potiſſimũ nitatur de ea primũ erit ſermo. Nec diuerſis cibis ꝑ libidine uti decet affectum,*

ctum, neq; nimia inedia torqueri: nam Auicenna primo Cap. fen. iij. cap. Vij. nihil deterius eſſe ait, quam diuerſa nutrientia ſimul adiungere, & cibi ſumendi tempus prorogare, nec cum ſumpſeris poſtremum, primus iam incipiat concoqui cibus. Hæc ille. Nos enim in primis precipimus famis tempus ſemper expectãdũ, cum eo tamen, ne deſiderium cibi nimis urgeat, quoniam teſte Principe, loco quo ſuprà, inedia nimia ſtomachum malis humoribus inficit, & imbuit. Panis ſit ab omni mixtione, grauitate, humiditate, aſperitate, graueolẽtia ue ſequeſtratus, ideo iubemus fieri ex farina pura boni tritici, & quod ſit fermentatus, bene coctus, biduanus, triduanus, quatriduanus, & ſale mediocriter conditus, neque recoctus ab re fuerit, quem cum de ligno Guaiaco tractabimus, paucis abſoluemus, niſi fortaſſe uentris nimia ſubductio obſtiterit. Carnes edat uitulinas, hædinas, ueruecinas, agninas fugiat, quod pituitoſum ſanguinem reddant. Nec à uenatione abſtineat, utpote cum damæ, hinnuli, leſpuſculi, maxime ſint ex uſu. Nec aucupium ſpernat, nam perdices, porphyriones, attagenæ, phaſianæ, turdi, ficedulæ, palumbuli, merulæ conferunt: quamuis grues, anates, anſeres, querquedulæ, aucupijq; omne genus in ſtagnis, & paludibus degentis noceant. In cibis etiam caueat piſces, quoniam teſte Principe comedendi non ſunt, quod facillime corrumpantur, & humores corrumpant, & pituitam gignant, præſertim poſt exercitium. Oua etiam recẽtia ex iuſculo ſumpta proficiunt, ſicut abhorrent eadem frixa, duraq;. Lac, lacteq; confecta fugiat. Ex leguminibus cicerum decocto tantum perfruatur, additis amaraci, mentæq; folijs. Ex olcribus petroſelino, fœniculo, ſerpyllo, ſaluia, menta, roremarino, meliſſa, amaraco, tenaceto, ſatureia, artbemiſia, origano, calamento, pulegio, & ſi qua alia calida fuerint. Ex radicibus baucia, paſtinacæ, radices petroſelini, fœniculi, recte in cibum ſumuntur. Allium, cæpas, bulborum omne genus, radiculam, raphanum, erucam, ſinapi, quod inflent & innatent ſtomacho, & ſanguinem adurant, fugiat. Ex iuſculis, amygdalarum, panem decoctum ex iure carnium conducentium,

dare

dare poteris. Ex fructibus conferunt palmulæ, ficus, nuclei pinei, piſtacia, amygdala, cydonia decocta, additis fœniculo, & coriandro, ſicuti poma, pira, chryſomela, ceraſa, cum ſint humididatis & frigiditatis maximæ, non mediocre his inferunt nocumentum. Ex conditis myrobalani chebuli, cortices citri, gingiber, hyringi, & acori radix: nux myriſtica, cubebe, carpobalſamum, crocus, lignum aloës. Vtatur in potu uino albo, ſiue ſubrubeo leni, iuxta illud Auicennæ primo Can. cap. de eo quod comeditur, & bibitur, qui ſic, Scias etiam quod ex uinis illud eſt melius, quod inter uetuſtatem & nouitatem eſt æquale, & quod ad rubedinem trahit, bonum habens odorem, æqualis ſaporis: & quod nõ eſt acre, neq; dulce: dulcia enim ad faciendas oppilationes ſunt uelocia, quoniam natura attrahit ea, antequam digerantur. Nec poſt cibum hoc bibendum eſt, quia eſt ex rebus magis impedientibus concoctionem, quoniam digeritur uelociter, & facit penetrare cibum indigeſtum, & facit hæreditare opilationes: & putrefactiones. Quod ſi Gallicum ſitis male habuerit: is poſt cibum talem potionẽ pitiſſet. R. ligni aloës ℈. ij. cinnamomi ℈. i. coriandorum præparatorum ʒ. iij. iuiubarum, ſebeſten, ſingulorum ℥. liquiritiæ raſæ ʒ. i. florum cordialium. m. i. Hæc omnia ex aqua librarum decem ponderis, uſq; ad tertiam concoquantur, inde colentur: & addantur ſacchari ℥. VI. & fiat iuleb longum. Nec audiendi ſunt noſtrates Emperici, qui quoties ægrotis uiſum fuerit, uinum rubeum, nec minus album ſubauſterum iiſdem propinant, ſed ſuæ ſententiæ rationem uiderint. Nobis uero qui traditus eſt æger, nec nimium cibo repleri debet, nec nimium fame torqueri, teſte Hippoc. Aphor. II. ſic aſſerente: Non ſatietas, non fames, nec aliquid quicquam quod modum naturæ excesſerit. Galeno quoq; aſtipulante primo de regimine ſanitatis, qui, Duæ, ait, ſunt intētiones ſanatiuæ diætæ, una ſcilicet repletio euacuatorum, altera uero euacuatio ſuperfluitatis. Magna igitur cum diligentia horum affectibus ſuccurrendum cenſeo, quamobrem ſi maior appetitus extiterit, quàm pro uiribus ſtomachi, adhuc etiam fameſcentibus

C cibo

cibo finis eſt imponendus, ut intemperantia comedētis à cibo. neq; uenarum pulſus inualeſcat, neq; ſpiritus difficulter reddatur. Nec edendum prius, quam bene concoctum fuerit, id enim ſeptem horarum interuallo plerunque fit. Porrò cibus niſi lenitas inteſtinorū acceſſerit, ſit liquidior. Si quis debilitate ſtomachi bis quotidie comedere ſat non habet; pro portione tribus uicibus uoret. Prandium ſit prolixius, quàm cœna. A ſomno ſurgentibus ſuperfluitates corporis expellantur. Lauentur manus, & facies, ex aqua ſaluiæ, primulæueris, amaraci, lauendulæ, ſiue uino odorifero. Corrigatur alui nimia ſubductio, clyſteribus lenientibus, & balanis ex melle cōfectis, aut æger aliquādo unc. ij. uuæ thyminiæ ex ſyrupo uiolaceo contritæ, addito nonnihil olei dulcium amygdalarū, tribus ante cibum horis ſumat. FRAN. *Sol iam columnas Herculis ſpectans exhauſta clepſydra, nos admonet, ut uela iam contrahamus, remos inhibeamus, & portum deſpiciamus, quæ ſequuntur igitur in pauca conferas.* ANDR. *Libero te iſta cura, nam quod times propulſabo facile, quippe abiturum detenturus, cubiculum, culcitras, ueſteſq; tibi iam parauimus. Sed ut redeam unde diuerteram, huic opus eſt pila, ſimilibuſq; corpus exercere, nam Galenus uno libro inde confecto, pilam ſummis laudibus extulit. Cornelius etiam Celſus non unquam prætermiſit, cuius exercitij laudes ſi ſigillatim coner conumerare, dies me profecto defecerit. Ad hoc illud accedit etiam, quod plurima non ſolum Galenus, uerumetiam pleriq; alij, multis in locis de pila monumentis literarum commendata non immerito reliquerunt. Nam per deos immortaleis quid dici poteſt conducibilius? hac ſuperflua quæq; digeruntur, pila naturæ uim prouocat, eadem uirtutes amiſſas reficit, corpus exiccat, ſpiritus exhalationibus noxijs liberat, poros corporis aperit. Plurimos deniq; uidi morboſos, qui exercitio tantum ſanitatem receptam referre merito poſſent. Morboſi igitur corpus pilæ, aut quouis alio tali ludo exercendum eſt, donec citra laſsitudinem concaleſcat, & hoc eo tempore, quo mundius ſit, quod teſte Principe tum uidetur eſſe,*

cum

cum ieiunium ſit, ne mali ſubſidentes humores exercitio tali diffuſi, uenas, atq; inteſtina corrumpant. Qui ſi forte eo tempore ſubſidere deprehendantur, euacuatione aliqua primitus depellantur. Poſteaquam ſe ſatis exercuerit æger cibum capiat, ſecundũ quem conquieſcat uſquequo ſatis concoxerit, ea tamen lege, ne poſt cœnam ſtatim cubitum ſe recipiat, quippe tres horas ad minus ægroto præſtolandum. Cum uero lecto ſe dederit, horis ſeptem, ſiue octo ad ſummum dormiendum. Somniculoſis etenim (ut inquit Princeps II. Cant.) ſequitur animæ torpor. At ſi ieiunus obdormiuerit, repletur fumo caput & uaporibus, à fecibus & ſuperfluitatibus eleuatis. FRAN. Quid hoc? ergo nec ſaturo, nec ieiuno dormiendum? Nam quæ eſt hæc fabula? eò rediges me tuis ſermonibus, ut nunquam, aut ſaltem parum conquieſcam. Mori mehercule ſatius eſt, quàm ſomno toto illo tempore non conquieſcere. ANDR. Atqui ſomnum non prohibeo, niſi qui nimius. Nam cum dico, neq; ieiuno, neq; repleto dormiendum, perinde eſt ac ſi dicam, quieſcendũ quando id tempus poſtulat, ita præcipiente Cornelio Celſo. Et Auicenna tertia primi cap. VII. ſic inquit: Non ilico poſt comeſtionem eſt dormiendum. FRAN. Quid hoc monſtri eſt? Auicenna ſibiipſi diſſidet quantum uideo: ſecundo enim Canticæ dicit: poſt cibum eſt dormiendum immediate accumbendo, donec ad locum digeſtionis peruenerit cibus aſſumptus. ANDR. Recte tu quidem, nihilominus duobus modis hoc explanare non dubitabo. Primo quidem ſcias hoc Principis dictum (ſi recte ex Arabica in Romanam linguam tranſlatũ eſt) quadam lege intelligi debere: quippe quoniã, quando à ſomno abſtinere omnino non poſſumus, dicit accumbendo nobis dormitandum: quæ quidem fuit Auerrois ſententia. Secundo modo poteſt hæc contradictio tranſlatorum, aut impreſſorum errore euenire. Nam ſi legeris nouum Canticæ textum ab Andrea Bellunenſi recognitum, qui Arabicæ linguæ fidus fuit interpres, leges profecto, Non eſt quoque poſt cibum & comeſtionem dormiendum: quod unuſquiſque ſanæ mentis credere poteſt. Hinc

igitur eſt, ut pleriq; Auicennã exponentes in aliquibus locis maxime dubitauerint. Quod uero tu cauillaris neq; ſaturo, neq; ieiuno dormiendũ, canones comprobant. Princeps tertia primi cap. ix. habet, quod ſuper uacuitatem dormire, eſt malum, quia eſt deijciẽs uirtutem: & ſuper repletionem eſt malum anteaquam a ſuperiori uentre fiat deſcẽſio, quoniam replet caput uaporibus, & ſomnus erit cum frequenti reuolutione de latere ad latus. FRANCI. Aſſentior tibi tãtum in preſentia, uerum aliàs hoc totum uidero: tu dic hoc primum, quomodo ſit corpus ſomno componendum. ANDR. Bis Auicẽna quod quæris explanauit tertia primi, ſeptimo capite ac nono. In ſeptimo: Sic oportet præterea ut ſuper dextrum latus dormiat pauxillo tẽpore, deinde reuoluatur ſuper ſiniſtrum, & poſtea reuoluat ſe ſuper dextrum. Nono uero: Sed quæ ex figuris ſomni eſt melior, eſt ut ſuper dextrũ incipiat latus, & deinde ad ſiniſtrum reuoluatur: quod ſi eius inceptio ſuper uẽtrem fiat, auxilium fert magnũ in digerendo, propterea quod calorem retinet naturalem. FRAN. De die poſteaq̃ concoxerit, poterit ne ſomni tantillum capere? ANDR. Nihil minus: nam Princeps tertia primi: In die quoq; dormire eſt malum, generat enim ægritudines humectantes, & rheumatiſmos, & corrumpit colorem, & grauat ſplenem, laxat neruos, & generat pigritiam, debilitat deſiderium, & generat apoſtemata, & febres. Quo fit ut dies uigilijs, nox quieti ſit nata. Nam Paulus Aegineta in præceptis de tuenda ualetudine, capite XCVII dixit: Nocturno autem ſomno haud alius melior eſt: ſiquidem nox ſuapte natura, tum humore, tum tranquillitate ſomnum alliciẽs, concoctionem perfectam efficit. Et Auerrois in commento Canticæ: Tempus matutinæ refectionis eſt totum tempus ſomni. Cornelius Cel. libro primo, nocte dormiendum, die uero uigilandum ſuadet. FRANC. Huius argumẽti nihil reliquum mihi uidetur eſſe, niſi quæpiam de contingentibus animæ uolueris addere. ANDR. Haud inuitus mi Franciſce. Gaudium igitur, angor, iracundia, odium, furor, mœſtitia, ſolicitudo, metus, inuidia, luxuria, auaritia: quæ quidẽ omnia, affectus

affectus animæ ab autoribus recte dicuntur: iis etenim cum morta les ſe intemperantius extulerint, in pernicioſos corporis morbos penitus conuertuntur. Nam Galenus primo regiminis ſanitatis di xit, oportere medicum qui ſanitati mortaliũ ſtudet, pro uirili ope ram dare, ne mores animi corrumpantur, quibus aditus ægritudi nibus corporis pateat: quippe furor, fletus, ſolicitudo, cæteraq; id genus magis quàm par eſt, febrium, morborumq; cæterorum ſunt principia. Quinetiam Princeps tertia primi (ſi recte memoria te neo) dicit: Accidẽtia animi horribilia, & motus corporei fortes, digeſtionẽ fieri prohibent, cum multi proficiſcantur ex cruditate morbi. Galenus etiam libro artis medicinalis inſcripto huic aſtipu latur dicens, omnes animi immoderatos affectus, iram, furorem, mœrorẽ, metum, inuidiam, à naturali gradu corpus deiicere. De inde inferius: omnes animi motus, ſiue perturbatiões maluerimus dicere, corpus humanum exiccare. FRAN. Sed quid iram dice mus? ANDR. Ariſtoteles in primo problematum, iram nihil aliud eſſe ait, niſi accenſio ſanguinis circa cor. Quinetiam Cice ro libro Tuſculanarum quæſtio. idem ex autoritate Homeri uide tur dicere: quod ſic in latinum traduxit.

Corq; meum penitus turgeſcit triſtibus iris:
Cum decore atq; animi me orbatum laude recordor.

Galenus etiam libro de differentiis febrium ſic: Ira eſt æſtuatio quædam, & motus uehementior uirtutis ad iraſcendum pronæ, quæ cordi inſidet, cum caleſcit ipſa ſubſtantia. Et in ſecũdo quoq; de accidenti & morbo: Ira eſt furor caloris in corde propter mo tum animæ. Et in quinto: Ira eſt magnus ac fortiſſimus motus: & propterea ualde corpus perturbat, & permutat à naturali con ſiſtentia. FRAN. Apud Haliab. eandem penè ſententiam uidi mus, ſuæ Theor. lib. V. cum dicit: Ira eſt ſanguinis cordis ebulli tio, naturaliſq; motus caloris, & eius ad exteriora exitus: ſemel ſubitoq; ad ulciſcendum nocent. Sed heus tu, quidnam inter odiũ, & iram differentiæ eſſe dicemus? Nam differre ea inter ſe ex Va lerio Maximo didici, qui libro nono cap. iii. memorabilium ſuorũ

ſic: Ira quoq; aut odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant, pro curſu celerior illa nocendi cupidine, hoc autem pertinacius, ac nunquam ſine tormento ſui uiolentius. ANDREAS. Princeps libro de uiribus cordis ſic: Eſt quidē ſciendum, quod ira quando ceſſat uelociter, non perdurat in imaginatione, ſeu phantaſia formæ nociui, ſed citò deletur, & ideo nō cauſat odium, ſiue rancorem: odium enim eſt perſeuerantia formæ nociui in imaginatione ſeu phantaſia, & perſeuerantia ſiue imaginationis affectus ad uindictam ſumendam ex eo. Dicemus ergo, quod ex odio accenditur ira: quod quidem odium poſt iram confirmatum rancor appellatur. Quod forſitan rectius nō intellexit Valerius. Ex ira etiā nōnunquam, cum bilis concitatur, melancholicæ oriuntur paſſiones, ſicut Haliab. V. Theo. Nam inquit: Qui omnibus iraſcūtur ex cauſis, ſoliciti fiunt & triſtes. FRANCI. Quid autem timor? ANDR. Ariſt. x. problematum: Timor eſt infrigidatio exteriorum, & caloris contractio ad partes interiores ſub corde. Et trigeſima particula eorundem ait: Timor quidem infrigidat manifeſte: & manifeſtant hoc terrefacti, tremunt enim. FRAN. Quid enim noxij in ſe habet? ANDRE. Galenus V. de acciden. & morb. Timor ſanguinem, calorem, ac ſpiritum reportat ad interiora, ſcilicet ad ſuam originem, & ad cor, atq; exteriora corporis infrigidat: & in timore uirtus animæ non confortatur. Et lib. de typo. Timor eſt terror, qui turbat uirtutem, & debilitat ipſam nō minus alijs cauſis. FRAN. Inde proceſſit illud Auic. in Cant. dicentis: Timor incitat frigiditatem, qui quandoq; magnificatur in tantum, donec lædat in ultimo. ANDR. At mæror exitioſior. ex quo cōplures ſibi necē cōſciuerint, Galeno de accid. & morb. ſic aſſerente: Quibus accidit triſtitia frequenter mortui ſunt: & hoc puſillanimibus ſolet euenire: nā eorum anima debilis atq; defecta extinguitur. Princeps etiā decimatertia tertij ſic ait: Triſtitia eſt cauſa corruptionis digeſtionis. Et Gal. V. de methodo medendi: Triſtitia, & iræ, & agoniæ, & ſolicitudines quolibet modo nocent diſſoluentes uirtutem. FRAN. Frons ſemper igitur

eſt

eſt exporgēda, quoad eius fieri poteſt. ANDR. *Modus omniū rerum eſt optimus: nam non minus nimia lætitia geſtiens, (ſi Ciceroni credimus) quàm mœror exitio eſt.* Princ. *iij. primi: Multum gaudium pernicioſum, nam ex eo uentriculi cordis ſanguine euacuantur.* Et Auer. *ſuper Cant. Magnum gaudium eſt ex rebus impinguantibus corpus: quod ſi magnificetur ualde & contingat, ſubitò necat, & interficit & maxime ualde pingues. Monumenta literarum,* Romaniq; *cum primis annales id nos docent:* Titus *enim* Liuius *poſt illam Cannarum cladem memorandā, mulierculas duas, quibus falſo nuntiata filiorū mors fuerat, ſtatim ſoſpitibus eiſdem uiſis, lætitia expiraſſe memoria prodidit.* Animæ *igitur affectibus temperandum, teſte principe. ſic dicente tertia primi cap. iiij. In temperamento morum cuſtodia ſanitatis animæ & corporis ſimul conſiſtit.* Haliab. *etiā in* V. *Theoricæ cap. ultimo ſic: Gaudium naturalis eſt exitus caloris corporis ad exteriora, eiuſq; diffuſio, ſi quaſi paulatim facta fuerit, animam habet confortare, caloremq; naturalem in omni corpore, & humores temperare, & ſanguinem caloris naturalis temperantia, & calorem augere, niſi quod quādo ſemel, ſubitumq; fit, aliquando interficit naturalis diſſolutione caloris.* Et Galenus V. *de accidenti & morbo: Ex ira nullus unquam mortuus eſt, ex gaudio autem quamplurimi puſillanimes.* FRANCISCVS. *Supereſt ut de inuidia diſſeramus.* ANDREAS. *Inuidia nihil aliud eſſe manifeſtum eſt quàm bonis alterius angi:* B*oni igitur hominis eſt inuidia omnino abſtinere.* Luxuriæ *etiam tanta eſt fœditas, ut nihil ſuprà: quamuis aliquando aliquibus corporibus opem præſtare uideatur: nam* Cornelius Celſus *neq; nimium indulgendum* Veneri, *neq; nimis abſtinendum præcipit: ſed nos qui morboſis conſulimus, ne ſibiipſis, ac fœmellis etiam maxime noceant, hac omnino abſtinendum cenſemus.* Nam Galenus Aphoriſmo. VI. *ait: Coitus eſt fortis cauſa in generanda podagra.* FRANCISCVS. *Atqui trigeſimo problematum* Philoſophus: *Poſt* Venerem, *inquit, plurimi magis læti fiunt.* Et Haliab. V. *Theoricæ: Si ſpermatis ſuperfluitas ſuis*

aucta in uaſis coitu non purgatur, nec poterit eam expellere natura, in inguinibus fit & alis ſimul extenſio omniq; in corpore grauitas, ſæpeq; ſuis ſperma caleſit in uaſis, ſitq; febris, nonnunquam autem eius aſcendunt ad cerebrum uapores, ubi & peſſimos generant morbos. Et Haliab. Rod. III. Techni: Superfluitas aggregata in corpore ex ſpermate quod non egreditur per coitum, obarctatur in corpore, & generantur ex ea ægritudines malæ, & uapores mali, qui aſcendentes ad cor, & cerebrum, & ſtomachum, corrumpunt ſanitatem illorum membrorum, & generant ægritudinem. ANDR. Sed hoc totum ſuperfluitatis eſt retētæ, inde dicit Haliab. ſuperfluitas aggregata. FRAN. Princeps in Canticis, commendauit etiam Venerem iuueni, dicens: Coitus commendatur iuuenibus, quatenus per eum à nocumentis pernicioſis liberantur. AND'R. Dixit ergo tantum iuuenibus conuenit, eò quod iuuenes exuberent ſpermate, ſed de ſuperflua uenere ne uerbum quidem ullum fecit, nam prima tertij ſic: Quandoq; accidit homini, ut in uaſis ſeminalibus aggregetur ſperma plurimum, & corrumpatur, & infrigidetur, & conuertatur ad qualitatem uenenoſam, & quia fit hoc pluries iuuenibus, eiſdem dixit uenerem conuenire, nam cum quis appetit, nō nocet, ut Almanſoris IIII. uoluit Rhaſis dicens, Viri præterea ac mulieres cum appetunt, coire debēt, quod quidem faciant naturæ nō repugnantes. FRAN. Modo ais, modo negas ueneri indulgendum. Quouſq; patiar te iſto modo diſſerentem? Quin tu uno uerbo dic: quid eſt, quod me præſtare uelis? ANDR. Ita faciam. Primū in hac re illud edico tibi, mulieroſi corpus in deterius ſemper labi, teſte Conciliatore diff. CXXIII. ſic aſſerente: Coitus ſuperfluitas, & frequentia, omnem prauam corporis acquirit diſpoſitionem. Ariſt. quoq; IIII. probl. Coëuntes exoluuntur, & infirmiores fiunt. Gal. ſecundo de ſpermate, Non ſolum à ſeroſa humiditate priuari omēs animales particulas accidit ex ſuperfluo coitu, ſed & uitali ſpiritu. Et Princ. XIII. tertij: Coitus eſt ex rebus magis nocētibus ſtomacho, & dimiſſio eius eſt ex rebus maxime

xime cõferẽtibus. Ariſt. etiam quarto probl. Plurimo coitu utentes manifeſte in oculis, & anchis patiũtur. Et Princeps tertia tertij cap. V. Multiplicatio coitus eſt res nocibilior oculo. Et Almaſoris quarto, Qui coitu ſæpe utitur, oculorum habet concauitatẽ. Poſt repletionem ſuperflua eſt uenus. Halib. V. Theor. Si cibo homo repletus aut potu coitu utatur, debilitas eius fit corpori, eneruatio neruis, dolor in genibus, uiſcerum oppilatio, generanturq; abinde humores groſſi. Cuius uſus ſi hoc fiat modo frequens, & aſſiduus, hydropiſis ſequitur, aſma, & tremor. Nam nihil obſtat quod Paulus Aegineta, libro de tuẽda ualetudine, poſt cibum, & ante ſomnum præcipiat concumbendum, nam nonnullam uult eſſe inter eos diſtantiam, qua corpus neq; repletum, neq; uacuum dici poſſit. Idem etiam uoluit Galenus in arte medicinali, cum dicit. Tempus autem ad coitum opportunum eſt, cum in exceſſuum omnium mediocritate corpus fuerit conſtitutum. Cui aſſentitur Auicen. XX. tertij dicens: Et oportet etiam ne coitus fiat ſuper repletionem, quia prohibet digeſtionem & debilitat: neque coëat aliquis cum adeſt uacuitas, hoc enim eſt nocibilius, & oneroſius naturæ, & magis pernecans calorem innatum. FRAN. Sat habeo: ſed dicas quæſo, quanta temporis intercapedine inter coitus uti nobis par eſt, nec ab re te pecunctor, ſcimus etenim quoſdam ſingulos noctis unius ſpacio fœmellas ſingulas inijſſe decies, citra noxam. ANDR. Abeant ij, quos attuliſti mihi, in malam crucem, cum hac ſua intempeſtiua uenere, nam mihi conſilium non placet, aliorum explere luxuriam, mihi dum noceam, cum creberrimam ægrotationes pernicioſæ, ſeneƈtusq; matura ſubſequantur. Vnde Cicero, Luxurioſa iuuentus maturam tradit ſeneƈtutem. Item libro de ſeneƈtute: Libidinoſa etenim, & intemperans adoleſcentia affeƈtum corpus tradit ſeneƈtuti. Galenusq; in arte medicinali ſic inquit, Venereorum uero, iuxta Epicuri ſententiam, nullius eſt uſus ſalubris, re autem uera confert, ſi tantum interualli in eorum uſu adhibeatur, ut neq; reſolutio aliqua ſentiatur, & ipſe ſe homo quodãmodo leuior factus melius ſpirare uideatur.

deatur. Quod caput eſt tandem ſic habeto, nullam capitaliorem peſtem eſſe, quàm corporis inſatiabilem uoluptatem. Sed ad curationem morbi Gallici redeamus. Seruatis igitur ſex rebus non naturalibus, materia pituitoſa digerenda uidetur hoc ſyrupo, Recipe amaraci, ſaluiæ, origani, mentæ, abſinthij, eupatorij, fumiterræ, baccaris, lauendulæ, calamenti, pulegij, thymi, ſatureiæ, ſticados, ſingul. m. i. calami aromatici, zedoariæ, dictamni albi, hermodactylorum, hellebori nigri, ſingulorum ℈. ij. Rheubarbari electi ʒ. ij. ſpicæ, ſequinanti, ſingulorum ℈. s. ex aqua uſq; ad medium decoquantur, inde colentur, addanturq; ſyrupi de fumoterræ, de ſticados, mellis roſ. ſingulorũ ʒ. iij. & fiant ſyrupi Vij. Sunt qui errant, mea quidem ſententia, nolentes haurire decoctionem, ſed appetentes ſyrupos ex aquis elaboratis. Quippe maiorẽ decoctionis uim cõperi. Verum ut & illis morem geramus, R. ſyr. de ſticados, oxymellis comp. mellis roſati, ſing. ℥. ij. s. aquarum ſaluiæ, lauendulæ, amaraci, ſing. ℥. ix. & fiant ſyr. Vij. Vel, R. oxymellis ſimp. ſyr. de ſticados. de prapſio, de abſinthio, ſing. ℥. ij. s. aquarũ abſinthij, prapſij, iuæ, meliſſæ, & fiant ſyrupi Vij. Facta digeſtione, ut ad extrahendã materiam procedamus, Recipe rheubarbari electi ʒ. ij. agarici præparati ʒ. i. aloës hepaticæ lotæ ʒ. i. s. turbit gra. x. hermodactylorũ grana VI. gingiberis grana iiij. ſpicæ grana iij. hæc ſimul ex aquæ ſaluiæ libra macerẽtur per noctẽ, deinde ad mediam concoquantur, poſtea colentur, & accipiantur decoctionis iſtius unc. V. uel VI. ſecundum uirtutem ægrotantis, dulcorenturq; cum uncia oxymellis ſimp. & fiat potio. Vel ſic. R. rheubarbari electi, agarici præparati, turbit albi & gummoſi, ſingul. ʒ. s. ſpicæ grana tria, gingiberis, hermodactylorũ, ſingulorũ ſcrupulum, contundantur hæc omnia leuiter, & infundãtur inde aquæ lauendulæ, uel amaraci ℥. VI. decẽ horarum ſpacio, inde comprimantur, expreſſioni addantur, electuarij lenitiui ʒ. ij. diaſiniconis, electuarij indi, ſingulorum ʒ. ij. s. & fiat potio, additis mellis roſacei ʒ. iiij. Tertius ijs etiã accedit modus. Recipe rheubarbari electi drach. i. ſquinanti grana V. redigantur hæc in puluerem, cui

addas

addas agarici præparati ℈.ij.turbit grana V gingiberis gra.iij. aloës lotæ ℈.i.elect.lenitiui ʒ.ij.diaſiniconis drachmam, & cum ſaccharo fiat paſtillus.Ex quibus primum medicamẽtum ualidius cōperi,quamuis difficilius ſua amaritudine hauriatur. FRAN. Quid autem de phlebotomia nobis faciendum uidetur? nunquid ijs etiã adhibebimus, Auicen.teſtimonio fulti,dicentis,Phlebotomia eſt euacuatio uniuerſalis,quæ multitudinem euacuat humorum,multitudo uero eſt augmentum humorum ſuper æqualitatẽ ipſorum in uenis. ANDR. Recte tu quidem ex Auicenna,nam ſubſequitur Vgo de Senis,quod iſta euacuatio uniuerſalis intelligi debet ex humore,qui continetur cum ſanguine in ipſis uenis, & de his locutus eſt Princeps,quoniam humores extra uenas ſecus naturam procedentes,potione potius ſunt elidendi, Morbus igitur Gallicus à pituita,cum magis in iuncturis, quàm in uenis exiſtat,ſanguinis miſsio per inciſionem uenæ uidetur ſuperuacanea.Dicitur enim phlebotomia euacuatio uniuerſalis,quod omnes uniuerſaliter educat humores,& neq; aliquem eligat.Pharmacum uero à forma ſpecifica euacuãs eligit illum quẽ ſibi propriũ eſt euacuare.Cum enim pituita ſit in mẽbrorum compagibus coacervata,& indigeat potione,particulariter eligi phlebotomiam penitus relinquam. FRAN. Sententiæ tuæ non acceſſerim, tametſi ſexcẽtos adduxeris autores,quippe in teipſum hæc omnia militant,cum ſuperius totius mali fomitem iecur dixeris.Iecur igitur,cum ſit totius ſanguinis purioris hoſpitium,utiliter in his morbis nimirum exhauritur. ANDR Nihil agis,nam hæc omnia minimo (ut aiunt) digito proſternam,nam quod tu dicis recte fieret,ſi materia calida foret.Nam Rhaſis ſic VII.Alm.atteſtatur,Oportet autem cauere quantum poſſibile eſt, ne phlebotomia in tempore calidiſsimo,aut frigidiſſimo fiat,neque phlebotomentur ij,quorũ ſtomachus & hepar in frigiditate diſtemperata exiſtunt.Præterea multos offendimus,qui diutius morbum ignominiæ cauſa diſsimulauerunt, quibus minime ſanguis mittendus eſt. Nam princeps in corporibus, quæ prolixas perpeſſa ſunt

ægri-

ægritudines, cauendum eſſe à phlebotomia affirmauit. FRAN. *Quamuis mea te exagitem ſentētia, aſſentior tamen: nam apud Galenum legitur, quod ij qui per totum corpus humorū multitudine grauantur, minime ſanguinis miſsionem pati debeant.* ANDR. *Vtiliter igitur ſi puſtulæ per totum corpus emerſerint, ſanguinē inter cutem pituitoſum poteris per cucurbitulas extrahere. Nūc autem ad linimēta, quæ huic cōferunt morbo. Recipe radicū ebuli, hederæ, dictamni, gētianæ, inulæ, bryoniæ, hermodactylorum, ſing. manipulum: contundantur hæc omnia leuiter, & ex uini cretici lib. xij. ad tertiam decoqnantur. Inde addantur amaraci, baccaris, camomillæ, abſinthij, hypericonis, lauendulæ, origani, thymi, nepitæ, pulegij, calamenti, ſing. m. i. s. iterum ferueant ad medium, inde accedat florū roriſmarini, primulæueris. ſaluiæ. ſingu. ma. & bulliant leuiter unà paruo temporis interuallo, poſtmodū colentur, & prælo expreſsis indantur, olei roſacei, camomillini, anethini, hypericonis, coſtini, ſingulorum ℥. i. s. olei terebenthini ℥. VI. reſinæ pineæ ℥. iij. & bulliant uſq; ad perfectam uini conſumptionem, denuò addantur cū tolluntur ab igne, croci ʒ. ij. cinnamomi, calami aromatici, ligni aloës, ſtyracis calamitæ, ladani, benzuin, ſingulorum drachma, cinnabaris uncia, mercurij extincti unc. VI. ſublimati drach. iij. aruinæ porcinæ libra, ceræ quantum ſufficiat, & fiat fortiter agitando linimentum.* FRAN. *Hæc tametſi cōgruant, tamen quidpiam breuius deſiderarē.* AND. *Mos gerēdus eſt tibi. Igitur R. axungiæ porcinæ colliquatæ lib. i. butyri recentis ℥. VI. olei laurini ℥. iiij. olei uulpini, hypericonis, terebenthini, ſingulorum ℥. V. ſtyracis liquidi eloti cum aqua camomillæ, & uino cretico ℥. ij. olei de ſulphure. ʒ. iiij. cinnabaris ℥. i. s. mercurij extincti ℥. VI. ſublimati, ʒ. i. ceræ quantum ſufficiat, & fiat unctio. Quod ſi compendium magis affectas, R. axungiæ colliquatæ libram, unguenti agrippæ. marciatonis, olei laurini, terebenthini. ſingulorum ℥. iij. mercurij extincti ℥. VI. ſublimati ʒ. ij. & fiat in mortario illinimentum: ſed iſtorum primum laudabilius, meo quidem iudicio ſemper fuerit.* FRAN. *Memini*

quoſdam

quoſdam ſe dicentes ſuffitu, laconicoq́; tantum ſanatos. AND. *Quamuis nonnullis id euenerit, multi tamen ſuccubuerunt. Ideoq́; niſi cum de ægroto deſperatum fuerit, ſuffitus omnino ſunt excludendi, teſte Galeno, ſic dicente: Aegritudo, quæ non habet niſi unam uiam ad curandũ, uelit nolit infirmus, oportet quod per eam tranſeat. Et primo Aphor. Hippocrates: Extremis morbis, extrema exquiſite remedia optima ſunt. Quamuis nõ negauerim ſuffitus me tẽtaſſe ſucceſſu laudabili, in hominib. uidelicet athleticis: qui quidem ſuffitus fuerint huiuſmodi: R. cinnabaris unc. iij. myrrhæ, thuris, ſing. unciam, aloës hepaticæ, ſandarachæ, ſtyracis calamitæ, benzuin, ſing. drach. iij. miſce, & fiat puluis craßior. Item alioquin R. cinnabaris unc. iij. myrrhæ, thuris, aloës, ladani, ſing. unc. i. contundantur in puluerem, & cum ſtyrace liquido ſubigantur, inde fiant trochiſci iuglandis magnitudine, qui ſinguli ſuo tempore ſigillatim prunis ſubditi colliqueſcant. Item R. cinnabaris ℥. ij. s. auripigmenti, cadmiæ argenteæ, ſing. ʒ. iij. thuris, aloës, myrrhæ, ſtyracis calamitæ, ladani, ſingulorũ ℥. miſceãtur hæc omnia, & in puluerem craſſum redigantur: erit enim hoc alijs potẽtius. Etſi ſuperius in athleticis tantum hoc fieri debere affirmauimus, accidit mihi tamen aliquando hoc feciße felici ſucceſſu etiam in corporibus delicatis, & debilibus: & fuit eiuſmodi: R. cinnabaris unc. ij. auripigmenti drach. ij. dictamni albi, tormentillæ, gẽtianæ, ben albi, & rubei, angelicæ, ſingulorum drach. iiij. ſem. citri, ſem. acetoſæ, ſem. ocimi, doronici, ſingu. drach. ij. cinnamomi, gariofilõrum, calami aromatici, croci, ſingul. ſcrup. ij. thuris, ſandaracæ, ſtyracis calamitæ, benzuin, ſingulorum drach. s. aloës, drach. iiij. redigantur hæc omnia in puluerem, uel cum theriaca formentur trochiſci. Poſteaquam male ſe habẽtes perpurgati fuerint, cubiculo claudantur, & ſub conopæo nudi carbonibus accenſis incumbentes altius ſedeant: quos ſemuncia pulueris prædicti, ſiue unius trochiſci fumus, niſi uis ægroti difficilius patiatur, per horam torqueat: nec ſatis decidi poteſt, quoties id tentandum: ideo non alio mehercule pacto, quàm ſi eundem inunxeris, id obſeruare poteris*

teris. FRAN. *Quid ſi anima defecerit? poterit ne æger è co-nopæo tantillum caput educere?* ANDR. *Recte quidem, mo-do ne ſæpius id fiat. Sed pergamus quà cœpimus. Quoties ſuffitus per diem ſit tentandus, corporis habitus, anni tempus, ætas decur-ſa, ſexusq́; poterunt nos edocere. Sed ut fortius hoc ferant, initio cataplaſma, quod ſuperius enucleauimus, eſt applicandum cordi, horaq́; ante ſuffitum oua bina recentia ſorbeant affecti, aut co-chlear unum ſyrupi de corticibus citri liguriant, aut trochiſcum confectionis eiuſmodi uorent. R. pulueris electuarij Conciliato-ris, pulueris diamuſci dulcis, diamargaritonis, ſingulorum ſcrup. ij. inde cum aqua meliſſæ, & ſaccharo fiant cum igne trochiſci. Euenit etiam plerunq́; ut tam ſuffitu, quàm unctionibus utentium bucca exulceretur, quibus ea poteris applicare remedia, quæ ſu-perius diximus: quamuis hoc addere non alienum putauerimus. R. rad. prunelorum ſylueſtrium ma. ij. cymarum rubi, roſarum, myrtillorum, ſumach, caudæ equinæ, ſorbariæ, piloſellæ, gariofi-latæ, millefolij, triniratis, foliorum oleaſtri, ordei, balauſtiarum, ſing. manipulum, ireos, rubiæ fullonum, conſolidæ utriuſq́;, centau-reæ maioris, ſing. drach. iij. myrobalanorum citrinorum, conorū cupreſſi, ſingul. unciam. Contundenda leuiter contundantur, & bulliant ex libris x. aquæ ferrariorum fabrorum, uini granato-rum, ſucci cotoneorum, aquæ plantaginis ſingul. libra, ad medium concoquantur, inde addantur cum iam penè concoxerint, alumi-nis rochæ unc. ij. nitri drach. ij. diamoronis, mellis roſacei, ſingul. unc. iiij. licij unc. ij. hæc colentur, inde expreſſum ſeruetur in uaſe uitreo, ex quo ſubinde ſibi colluat os affectus. Verūenimuero ple-roſq́; uidimus ægrotantes, quibus os totum adeò deprauatum Em pericorum incuria erat, ut cancri ſpeciem acceßiſſe unuſquiſq́; ſa-næ mentis dixerit: illis etenim quamuis ſuperior gargariſſatio cō-ſentanea fuerit, hoc tamen conducibilius arbitramur. R. decoctio nis prædictæ lib. iij. unguenti ægyptij ℥. ij. s. diſſoluanturq́; ſimul, inde frequentius os colluatur. At ſi gingiuarum acceſſerit exul-ceratio, unguento tanto prius ægyptio perungantur eædem, mun*

dificat

dificat enim cumprimis,& ut ſæpius experientia comperi,redun dantem malitiam reprimit. Quod ſi materiæ ſuperfluitas medicamentis ſuperius enarratis,haud facile ceſſerit,cucurbitulis,clyſteribus,lotionibus,frictionibus, fibulis non parum doloris ingerentibus,& cæteris id genus eſt ab ore diuertenda malitia. FR. Poſt oris exulcerationem accedunt dentibus gingiuarum mira diſcidia,ut ij parum à caſu abeſſe uideantur. Adde ſpectaculum, quod etiam ſputorũ fœditate contuentibus nauſeam commouent, ut non immeritò tale ſpectaculum fugiant omnes. ANDR. Ita eſt: tunc hoc puluere non erit eis abſurdũ ſuccurrere. Recipe ſquillæ aſſatæ,pulueris leuiſsimi teſtacei,cornu ceruini uſti,oſsis ſæpiæ,oſsium dactylorum combuſtorum,conſolidæ utriuſq;,roſarũ,ſumach,ſing.drac.cinnami,thuris,maſticis,ſandarachæ,ſing. drac.i.s.aluminis exuſti ſcrup.ij.corallorũ rubeorũ,& alborũ, ſing.drac.iiij.muſci grana VI. Omnia redigantur in puluerẽ,ex quo frequentius cum gingiuæ,tum dentes fricentur. Superfluum fuerit de reliquis diſſerere,de quibus ſatis dictum ſuperius.

De morbo Gallico melancholico.

A pituitoſo ad melancholicum nunc igitur deflectat oratio: quamobrem tibi perſuadeas uelim, malum hoc atra bili commixtum,modo ſupercilia,modo craneum,necnon brachia per náſue, tuberibus duriſsimis,ab apoſtematibus,quæ Græci ſcirrhos appellant, non diſsimilibus, infeſtare: quinetiam per totum corpus emergunt liuentes puſtulæ uerrucarum ſpeciem repræſentantes. Siniſtrum tempus per noctem male habet, inde uigiliæ,color plumbeus, inflammatio thoracis, debilitas ſtomachi, ſplenis grauitas, aut dolor, aut durities urget: urina fertur alba, plumbea, ſiue ſubruffa, tendens ad nigrum colorem: uena brachij exilis, & tardior: nigra excrementa deijciuntur: excreatio plenior: ructus ſunt accidi: crura uarices,tumor pedes inuadunt,ut elephãtiacos referant: quibus eadẽ ferè confert uiuendi formula, quam ſuperius,cum de pituitoſo diſſereremus,explicauimus: ut tamen non ſit alienum, quæ ſequantur annectere.

Si per-

Si perſpexeris igitur à fece ſanguinis in melancholicum uerſi hoc fieri, ſiniſtræ manus uenam, quam ſaluatellam recentiores appellant, ſiue uaricum, ſiue quam ſaphenam uocant, recte ſcindes. Prodeſt etiam ſanguiſugarum ad ora uenarum, quas hæmorrhoidas Græci uocant, applicatio. Quod quidem ſi à bilioſa aduſtione pendere uideatur, ſanguinis miſsio penitus fugienda decernitur. Cucurbitulæ etiam cum balneo, quando eſt error ſanguinis craſsioris, conuenire poſſent: quanquam Princeps quarta primi dixerit, Cucurbitularum quidem iuuamentum in corporibus groſſum habentibus ſanguinem eſt paruum, quoniam ex iſtis nõ extrahitur ſanguis ſicut oportet: imò qui ex eo uehemẽter eſt ſubtilis: & hoc accidit quia reſoluuntur ſpiritus illius membri, & ſic calorem naturalem debilitando, reſoluendo etiam de humido ſubſtantifico, membra debilitant. Huic obſtat ſententiæ Haliabbas, cum nono Practicæ capite VIII. cucurbitulas melancholiæ conferre teſtetur. Hæc quidem ratio bifariam diſtrahitur, quippe & ſine ſcarificatione capitis humores deriuando, cucurbitulæ melancholiæ conferre poſſunt, & ex balneo cutis inciſione, ſubtiliatum ſanguinem, qui prius fuerat craſsior, recte exhauriunt, cum ægritudines melancholicæ per totum ferè corpus uerſantur. Vnde Germani ganeis confecti, proptereaq; uaricoſi, ac elephantiaci, hypocauſtis incluſi, quibus ſanguis craſsior plerunq; ſubtilior fit, iis utiliter curantur. Quo fit, ut ex balneo non negauerim, melancholicis potiſsimum, (ſi tamen purgatis corporibus id fiet) ſcarificata prius cute, cucurbitulas. Optime ſic ergo eos purgabimus. Recipe epithymi cretenſis, foliculorum ſenæ, capillorum Veneris, florum boraginis, bugloſſæ, uiolarum, roriſmarini, meliſſæ, ſingulorum manipulum, radicum centaureæ maioris, polypodij, rheubarbari, ſing. drach. i. ſucci ſcabioſæ uncias iiij. radices contundantur, & ex aqua ad mediam decoctæ diligenter exprimantur, inſtillentur inde ſyrup. epithymi & fumiterræ quantum ſat eſt, fiantq; ſyrupi V. aut ſeptem. Vel, R. ſyrupi de fumoterræ, mellis roſacei, de lupulis, de epithymo, ſingulorum ℥. iij. aquarum fumiterræ bugloſ-

ſæ lu

ſæ,lupulorum,meliſſæ,ſingul. quantum ſufficiat, & fiant ſyrupi v. uel ſeptem. Quinetiam R. ſyrupi intybi compoſiti, de epithymo, de fumoterræ, ſingulorum ℥. ij. s. aquarum fumiterræ, capill. Veneris, bugloſſæ, lupulorum, meliſſæ, ſingulorum ℥. iiij. & fiant ſyrupi numero, v. FRAN. Recte tu quidem, uerum quod magis concupiſcit animus meus, id retices. ANDR. An dicis ſyrupum, quo plerunque ſine ullis unctionibus, aut alijs eiuſmodi medicamentis ad ſanitatem perduximus quoſdam male affectos? FRAN. Iſtum ipſum. ANDR. Quamuis in gurguſtio cordis mei delituerit hactenus, ut ita dicam, te tamen iubente protrahatur in lucem: nihil etenim meum tibi reconditum fuerit unquam. Viuctibus igitur adhuc anguibus, poſteaquã extremitates utrinq; quatuor digitos menſura à cætero corpore gladio ſecueris: permittes totum ſanguinem defluere, mundatas inde carnes, lauataſq; ter in aceto, tum liquore bugloſſæ, citrariæq;, ſuſcipies theriacæ optimæ unc. viij. ſucci fumiterræ, lupulorum, intyborum, bugloſſæ, ſingulorum lib. ij. polypodij recẽtis, corticum citri, ſingul. unc. ij. aloës hepaticæ unc. v. hæc omnia ex uitreo uaſe, per Balneum mariæ, in cuius fundo quantitas harenæ reſideat, ſubdito uapore ignis, in aquas puriſſimas rediges, quarum tres uncias æger, addita uncia ſyrupi de corticibus citri, uel de epithymo, quotidie diluculo ſumat. Iis ſyrupis a xl. die multos (ut prædiximus) deo duce curauimus. Eſt etiam, quod imprudens ſilentio penè præterieram, non prætermittendum, quo minus æger ſeptimo quoq; die catapotia uoret hellebori: quæ conſtabunt inferius, cum purgationes humoris melancholici te docuero. Rec. igitur myrob. indorum drach. ij. florum bugloſſæ, epithymi, ſingulorum manipulum, polypodij recentis ſemunciam, contundantur hæc prius deinde ex ſero caprino decem horarum ſpacio macerẽtur: ſedulò expreſſis omnibus, addãtur expreſſioni cõfectionis Hamech, drach. iiij. diacatholiconis, diaſenæ, ſingul. drach. ij. ſucci fumiterræ unc. i. ſyrupi de epithymo unc. v. fiat potio. Secundo modo R. electuarij lenitiui, conf. Hamech, ſingulorum drac. iij. pulueris ſenæ

D drachmam,

drachmam, ſucci fumiterræ unciam, ſyrupi de bugloſſa unc.v.ex aqua fumiterræ fiat potio. Vel R. myrobalanorum indorum drach.i.s.epithymi Cretenſis, rheubarbari ſing. drachmam, contundantur hæc leuiter, deinde die noctéq; in aqua fumiterræ, bugloſſæ macerentur, exprimantur, expreſſioni addas electuarij lenitiui, diacatholiconis, ſingul. drach.ij.confect. Hamech. drach. iij.elect. indi drachmam, ſyrupi de epithymo unciam.hinc fiat potio. Nunc quoniam ſatis de potionibus eſt dictum, ſupereſt ut de catapotijs agamus quæ ſuperius tibi pollicitus ſum. R. igitur radicum nigri ueratri recentis drach.iij.dauci, aniſorum, piperis, ſingul. drachmam, florum bugloſſæ drach.s. muſci gra.vi.epithymi ſcrup.ij.contundantur hæc omnia leuiter, inde diem noctemq;, ex uini cretici lib.v.macerata, potenter exprimantur. Huius expreſſionis ℥.iij.pulueris pilularum fumiterræ, cochiarum, aurearum, ſingul.drach.ij.s.ſuſcipias, ſubagitesq;, inde permittas exiccari, porrò ſiccas & iterum in puluerem redactas: ex eodem uino cretico macerabis, ut ſuprà, & hoc quater. Catapotia autē eiuſmodi ſigillatim ſumēda ſunt drachmæ pondere. Quinetiam poteſt ingeri catapotium, qđ ex præcipitato conſlatur. FRAN. Quidnam hoc uerbi eſt? ANDR. Eſt quidam puluis mercurio conſlatus hoc pacto. R. aquæ, qua aurum ab argento diuiditur, lib.iiij.argenti uiui lib.i.s.hæc uaſe uitreo: ore anguſto, collo obtorto, undiq; argilla præmunito, quod ab altero recipiatur, imponantur, compages inde uaſorum luto figulino ſedulo obturentur, ad hæc ſubdatur ignis ex carbonibus conſlatus, ut ſemper ingraueſcat, eouſq; quo tota defluxerit aqua. Poſt hæc phialam frangas, in cuius fundo reſidentem placentulam rubeam, leuiter extrahens, quod album inhæſerit proijcias, rubeum uero in puluerem redigas. Verumenimuero quoniam ex puluere iſto plurimæ poſſent contingere noxæ aſſumentibus ipſum, niſi prius debita fieret præparatio, R.℥.ij.prædicti pulueris: & macerentur per noctem in aqua plantaginis: & acetoſæ, ſingularum unc.ij. inde ſummo mane aquas exhauriens, & nouas ſuperinfundens,

ad ignem in uaſe æneo,ſiue teſtaceo collodes,feruẽtes ferrea uel lignea ſpatula non ceſſes agitare,quouſq; in puluerem non diffi-culter omnia redigantur,ex quo poteris cum libuerit in morbum Gallicum tam pituitoſum,quàm melancholicum,catapotium tale componere. Recipe elect. Conciliatoris ſcrup.s.margaritarum, hyacinthorum,ſingulorum gran. v. pulueris præcipitati grana v.pulueris diamuſci,diamargaritonis,ſing.ſcrup.s.& fient cata-potia quinq; numero,quæ hora ante diluculum ſumantur,inde le-cto ſe contineat æger horas quinq;,breui mihi crede Gallici dolo-res hoc catapotio elidentur. Pituita etiam & atra bilis uomitu, necnon alui deiectione euaneſcent. Ad hæc ſunt plurima morbo-rum genera quæ curauimus tali puluere:nam non ſolum ſaniem carnemq; putridam delet aſperſus,uerumetiam non difficulter ulcera ad cicatricem deducit:peſtilentiam etiam pauxillo theria-ces addito,ſuccoq; tunecis herbæ,quam Cardum benedictum uo-cant,ſiue electuario de gemmis,ante eius confirmationem mirum in modum fugat. Multos etiam lymphaticos, melancholicos úe, quos à cacodæmonibus incurſari uulgò credebant,eodem curaui-mus. Quid pluribus immoror? Quartana confectos ſacchar o bu-gloſſato ſiue theriaca,mithridate úe additis,facta digeſtione ali-qua,hora ante acceſsionem,quinq; uel ſeptem granorum põdere, pro ætate,& ui corporis affecti,hoc puluere liberauimus. Quin etiam ualet coli,& iliorũ doloribus adhibitus,nam quoſdam ſter-cus per os eijcientes ſanauimus,Pauli Aeginetæ monimentis in-nixi,qui ait: Aliqui quidem medicorum argentum uiuum extin-ctum dederunt in ileo. Quam quidem autoritatem Princeps ij. Cant.cap.de argento uiuo annotauit. Faſcino idem aduerſatur: pluribus ad hæc uirtutibus eſt inſignis,quas cum plus ocij nactus fuero,tibi ſigillatim connumerabo : fortaſſe tunc iucundiſsimum fuerit etiam explicare, quonam pacto puluere cum auro,uiuoq; argento,ſine aqua ſuperius explanata poſsis conficere:nũc quo-niam tempus urget,unctiones uirium maximarum diſſeram. Re-cipe fumiterræ recentis manipul.iiij.radicis ebuli bugloſſæ,me-

liſſæ,ſing.m.ij.terantur omnia cum libris duabus aruinæ porci-
næ,℥.x.butyri recentis additis:inde in uaſe figulino uitreato loco
uliginoſo dies quindecim reſeruentur,ut cõputreſcant:inde lique-
fiant igne ſubdito:demũ liquefacta colabis omnia ex linteolo:poſt
modum R.olei roſacei,camomillini,terebenthini.ſingul.℥.ij. ſtyra
cis liquidi,ex aqua fumiterræ eloti ℥.iij. lithargyri argentei ℥.v.
reſinæ albæ ℥.iij.mercurij extincti ℥.vij.ſublimati ʒ.iiij.& fiat ex
mortario unguentum.Vel R.radicis hellebori nigri recentiũ li-
bram,hellebori albi unc.iij.radicis arthanitæ unc.vij.contundan
tur cum axungia & butyro,& ut ſuprà deniq; omnia fiant. Inde
accipe huius adipis libram,olei roſacei,capparis,terebenthini.ſin
gu.unc.i.s.ſulphurei drach.iiij.hellebori nigri redacti in puluerẽ
drac.iij.lithargyri aurei unc.iiij.ſtyracis calamitæ liquidi ex ſuc-
co fumiterræ loti,ladani.ſingul.unc.i.s.reſinæ pineæ unc.iij.mer
curij extincti unc.viij.ſublimati dra.iiij.inde fiat ut ſuprà.Vel R.
quatuor aut quinq; nigros angues excoriatos,euiſceratosq;,deci-
ſis utrinq; extremitatibus, minutim conciſos, quos uas uitreum
oris anguſti capiat, quod poſtea obturato ore ponas in caldario
aqua refertum,hoc ſinas diem noctemq; feruere,poſtmodum re-
pertum liquorẽ colabis:extractum qui fluxerit commiſce libris.ij.
illius adipis confecti ex radicibus hellebori, & arthanitæ, addas
mercurij extincti unc.viij.cinnabaris unciam,ſublimati drac.iiij.
theriaces unc.vi.& fiat ut ſuprà. Seruabis hoc diligẽtiſſime:ma-
ioris etenim ponderis eſt,quàm tu fortaſſe reris.Propterea con-
ſentaneum omnino fuerit olei ſulphurati, cum aqua meliſſæ.non-
nihil ægrum diluculo bibere: quippe quoniam,ut ſuperius explica
tum fuit, magnum ex eo percipitur iuuamentum. FRAN. Ni-
mirum uolo ne oleum hoc, quod tantopere collaudaſti, intactum
relinquas:in hoc etenim in præſentia mihi ſunt omnia. ANDR.
Tibi nihil inuitus dixerim.Vitreum igitur uas tintinabulo (cam-
panam hodie appellant) non abſimile,illitum figulari luto, à ter-
ra unius cubiti menſura, æneo uel ferreo filo ſuſpendes, ſub quo
metretam uitream maioris circunferentiæ, cuius medio inuerſus
fuerit

ſuerit cyathus, ſtatues. Porrò cyathi fundus ferream bracteam digitorum quatuor latitudinis ex igne cādentem ſuſtineat, ex qua ſulphur accendatur. Hoc dum comburitur, recentius ſuperaddatur: inde fiet, ut ex fumo aſcendente ſuſpenſum uas breui temporis interuallo guttatim in inferiorem paropſidē diſtillet oleum, quod diligenter collectum, uitrea conſeruabis ampulla: nam plurimi ſemper apud me ponderis fuit: nec mehercule iniuria, quippe non ſolum confert huic morbo, ſed hauſtum per hebdomadam, ſtomachi, inteſtinorumq́; torminibus ex materia uentoſa frigidiori ue prouenientibus medetur, ſplenis uitia corrigit, uuluæ, urinæq́; difficultatibus ſuccurrit ex aqua tamariſci, uel capil. Veneris quantitatis guttarum ſex. Quinetiam tres uel quatuor guttæ ex aqua abſinthij, lumbricos fugat. Item contra ſcabiem, impetiginem, lichenam, ſtrumasq́; illinitum ualet. Doloribus quidem podagricis frigidis mirum in modum fert opem. Preterea male curatis ex morbo Gallico, ad extrahēdum uirus huiuſmodi potum ut dicimus plurimum prodeſt. Nunc autem mercurij, quem uiuum argentum dicunt, uires tibi paucis abſoluam. Auicenna ſecundo Can. frigidū & humidum eſſe dixit in ſecundo gradu. Paulus uero Aegineta calidum & ſiccum aſſerit in quarto. Verum nos cum Gebere, qui de rebus metallicis optime conſcripſit, dicemus mercurium humidum & frigidum palàm caliditatem ſiccitatemq́; clandeſtinam in ſe habere. Probatur hoc ab eodem Gebere cap. de eſſentia mercurij, cum dicit: In argento uiuo ſimiliter neceſſe eſt ſuperflua demi, habet enim corruptionis cauſam terream & aduſtibilem. Item libro ſecundo cap. de coagulatiōe mercurij: Habet ſimiliter ſulphuris partes naturaliter ſibi mixtas, quas remouere per artificium non eſt poſſibile. Quam quidem ſententiam nobilis etiam Arnaldus agnouit, libro qui dicitur Roſarius philoſophorum, dicens: Manifeſtum eſt igitur quod argentum uiuum continet in ſe ſulphur ſuum bonum fixum, ex quo coagulatur in aurum & argentum, ſecundum diuerſum diſponendi modum. Et Ariſt. in Meteoris: Argentum uiuum eſt aqua, quæ admiſcetur cum terra nimis

ſubtili ſulphurea admixtione forti, donec non quieſcat in ſuperfi-cie plana, & hoc eſt ex ſiccitate magna quæ ineſt illi, & ideo non adhæret tangēti. Quibus omnibus ſatis conſtat, terram talē, ſiue ſulphur, eſſe calidæ & ſiccæ complexionis. Cognoſcitur etiā hoc ſua diſſolutione, inciſione, penetratione, atq; corroſione, quæ quidem omnia caliditatem & ſiccitatem maximam oſtendunt. Nā de eo Dioſcorides proprio capite ſic autumat: Virtus, inquit, argenti uiui eſt homicidialis corrodendo inteſtina. Et Aggregator: Argentum uiuum corrodit omnia cui obuiat ex membris intrinſecis. Quod autem ſit frigidum, & humidum, licet per Auicennam comprobari poſſit, apparet hoc etiam experimento. Cognoſcitur in primis mira eius frigiditas per tactum eius, deinde per operationes, quibus agit in humano corpore: nam nō legitime extinctus maxime repercutit, ac neruis, ut Auicenna aſſeruit, dum tremorem, ſtuporem, conuulſionem atque paralyſim cauſat, magnum affert diſcrimē: quæ quidem omnia à frigiditate maxima, quæ ineſt illi, eueniunt. Humiditatem uero eius oſtendunt ſuperiores autoritates cum dicant, quod eſt aqua uiſcoſa. Nam & hoc non ſufficeret, niſi quotidie ipſum uideremus oſſa corrumpere, carnemq; & neruos putrefacere, eorum ſcilicet ægrotantium quibus Empericus aliquis mercurium ipſum inunxit. FRAN. Hanc quidē ſententiam aliqui minime comprobant, & putrefactionem non tantū mercurio, uerum totum morbi uenenoſitati tribuūt. ANDR. Falſa quidem ratio iſta mihi uidetur. Nam ſi mulieres inſpexeris, quæ ex eo pigmenta conficiunt, ut pulchriores hominibus appareant, eis quidem dentes ferè omnes tum carioſos, tum denique putreſcentes inuenies. Concordia tamen hac Geberis autoritate inter diſcrepantes eſt de mercurio imponenda. Inquit enim ipſe: Argētum uiuum manifeſtum eſt, quod mercurius appellatur: antiquorum uſu eſt aqua uiſcoſa, ſubſtantiæ ſubtilis, albæ, tinctæ, per calorem temperatiſſimum: unita tali unione per minima, quouſq; humidū contemperetur à ſicco, & ſiccum æqualiter ab humido, & quouſq; calidum contemperetur à frigido, & frigidum æqualiter

liter à calido. Galenus tamen in viij. ſimpliciũ ſibi nil de eo cognitum fuiſſe teſtatur, non alia mehercule de cauſa, niſi quod tanta in eo diſſidia ſibi comperta erat, ut non facile quid potiſſimum de eo ſcriberet inueniret. Inde ſapientes Mercurio planetarum inſtabiliſſimo, propter uariam ipſius oſtentationem, inſtabilemque, compararunt. Vnde recte Plato: Dotauit res natura proprietatibus, omnino enim quodlibet ſecundum quod mouetur à ſpecie ſua, agit quod propriũ eſt: utiq; enim nullius rei eſt actio propria, niſi quã ſpecies regulat. Verum hoc totum certificare (Meſue ſententia) non eſt medici, ſed illius qui ſe altius agit. FRAN. Sat habeo, uerum quid ita in Mercurium omnes medicinæ profeſſores ueluti coniurati ſtyli acerbitatem diſtrinxerunt? ANDR. Nihil dictu facilius eſt: hunc nanq; doctores compertis nóxijs uiribus, de quibus ſuperius, meritò uidentur abdicaſſe: quamuis re uera ſit innocens, modo recte extinguatur: nam qua ſuperbiunt circunforanei, ac pleriq; alij, non extinctionem, ſed occultationem recte dixeris: quippe cùm horum unguentum, in quo erit admixtum mercurij nõnihil ex uaſe lento liquefeceris igne, in fundo coeuntem mercurium liquidò deprehẽdes. Inde fit, ut ſi quis unguẽto tali fuerit imbutus, ad interiora progreſſus rurſus coeat: nã naturalis calor facile in priorem uiuacitatem ipſum reſtituit: quo fit, ut praua corporibus accidentia eueniant. FRAN. At uide quàm inſolenter ſe iactitent iſti pharmacopolæ, quanto molimine circunferantur: diceres in his ſitam mortalium ſanitatem: quorum inſcitiã nuper chirurgus quidam ſummus meus aperuit: teſtatus eſt enim ex cruris oſſe corrupto, pumulionis cuiuſdam, qui decies à diuerſis Empericis inunctus fuerat, argentum uiuum non ſemel emanaſſe. ANDR. Hoc mihi nouum non eſt, nam & operanti mihi ſæpius accidit. FRAN. Quonam igitur pacto extinguitur? ANDR. Quãuis ſatis ſuperius quod petis inſinuaſſe me tibi crediderim, tamen non erit commodum, hæc eadem uel uberius explicare. Tantum igitur tibi perſuadeas uelim, ueram mercurij extinctionem non aliunde pendere, præterquam à præcipi-

tatione, hac etenim uia frigiditatis & humiditatis ſit expers, quæ rum cauſa, quas ſuperius diximus ægritudines procedunt, nec fie ri poteſt ut præcipitatione mortuus ſemel mercurius reuiuiſcat. Hac etenim arte frigiditate & humiditate priuatus, in calce rubi cundiſſimum uertitur. Ideo dicebat Rhaſis Almanſoris v. Ar gentum uiuum quando extinguitur ardens eſt & corroſiuum, & tale eſt cum præcipitatur, nam male olentia ulcera corrodit & mundificat ſine dolore: quod ſi alioquin extinguatur, idem nõ efficit, ſed potius repercutit. FRAN. Quid ergo? cum argenti uiui extincti memineris, utiq; de præcipitato intellgi uis. AND. Etenim, nõ enim repercutere morbos ad interiora melior, ſed om nino purgationibus prius diducere, tum unguento mundare. Ve rum dum iſtis immoror, cataplaſma ſparadrappum imprudẽs præ terieram, quod brachijs & tibijs decem diebus applicatum, ſine ullis unctionibus morbum Gallicum delet. FRAN. Expecto quid hoc ſibi uelit. ANDR. Recipe igitur emplaſtri de pelle arietina, quod inguinariæ herniæ doctores applicari præcipiunt, unc. iiij. emplaſtri triapharmaci ad ignem confecti: diachilonis ma ioris, ſingulorum unc. vi. reſinæ pineæ unc. ij. liqueſiãt hæc ad ignem, & cum infrigidari cœperint, mercurij extincti unc. v. cin nabaris unc. ij. ſublimati unc. iij. addantur, & longo temporis in teruallo ſpatula citra ignem cõmiſceantur, & (ut mos eſt) ex lin teolis fiat (ut ita dicã) ſparadrappum: hoc tibijs à genu, brachijs uero à cubitu, donec ſigna remotionis aduenerint, applicetur.

De morbo Gallico à quocunq; humore contracto.

FRAN. Et ſi diffuſius hucuſq; de huiuſmodi morbo unicuiq; humorum admixto diſſeruiſti, uellem tamen ut potum illum, quem tibi ſecretum adſcribis, quo quidem etiam unumquenq; morbum Gallicum recenter contractum fugas, mihi propalare digneris. Hoc te tamen ægre ferre non permittas, cum ego tibi non ſolum corpus ipſum: uerum & uitam iandudum dicauerim. ANDR. Decreueram omnino mi Franciſce nemini ſecretum hoc unquam aperire: tibi tamen uirtutum tuarum munere, etiam maiora dice

re non *

* Vuelve atrás ocho hojas.

re non dubitabo. Cum igitur aliquem ab eiuſmodi morbi iaculis re center uulneratum offenderis, ipſum eiuſmodi pharmacum quadraginta dies abſorbere iubebis. Aſſumitur enim calidum in aurora, pondere ſex unciarum pro uice. R. igitur myrobalanorum emblicorum, belliricorum, indorum, ſingulorum unciam, florum boraginis, bugloſſæ radicis, ipſarum florum uiolarum, cicoreæ, camomillæ, ſing. manipulum, ſuccorum fumiterræ, boraginis, endiuiæ, bugloſſæ, lupulorum, ſingul. unc. iij. ſucci pomorum dulcium unc. viij. uuæ thyminiæ, iuiubarum, prunorum ſebeſten, ſing. drach. x. liquiritiæ mūdæ unc. ij. polypodij quercini, ſticados rad. acori, ſingu. manip. i. s. ſeminis fœniculi dulcis drach. iij. ſcolopendriæ, capillorum Veneris, cellitrici, polytrici. ſing. manipulum, foliculorum ſenæ, epithymi, fumiterræ, ſingul. unc. s. agarici boni drach. xviij. hellebori nigri drach. xiiij. aquarum intybi, cap. Veneris, fumiterræ, bugloſſæ. ſing. lib. iij. uini granatorum lib. s. radicum inulæ, hæderæ, fœniculi, apij, cicoreæ. ſing. unc. i. s. chamepityos, ſticados, chamedryos, ſing. unciam, ſquinanti drac. ij. eupatorij drach. iij. rheubarbari drac. iiij. addita aqua pluuiali quantum ſufficiat, arte & igne bulliant omnia, poſtmodum linteolo ſpiſsiori colentur, præloq; exprimantur, & addito ſaccharo quantum ſufficit, fiat potus longus. Vnaquaq; tamen decimo die dum pharmacum hoc aſſumpſerit æger, accipiat ad materiam expellendam unc. s. iſtius conf. R. turbit, hermodactylorum, rutæ agreſtis. ſing. drac. iij. diagridij drac. iiij. gariof. gingiberis, cinnamomi, ſing. drach. s. piperis gra. ij. ſquinanti ſpicæ, epithymi, ſalis gemmæ, ſingul. drach. s. ſandalorum citrinorum, alb. rub. crocei, ſingul. ſcrup. i. mannæ electæ unc. s. rheubarbari, drach. ij. zedoariæ ſcrupu. ij. ſacchari unc. viij. & cum aqua bugloſſæ ad ignem fiant trochiſci. Scias enim pro certo, multos hoc remedio fuiſſe ſanatos. Reliqua uero ſuperius explicauimus.

De curatione morbi Gallici per lignum Indicum.

SEd quoniam quemadmodum medelæ ducerentur ab extincto mercurio, atq; ab omni genere pharmacorum, ſatis explica-

tum arbitror uerbis ſuperioribus, ſequitur ut hæc ligni Indici medicamenta perſequar, quæ pertinent ad nouos medicos, quibus utuntur homines nunc potiſſimum, ſe tutius curari ſic arbitrãtes. Lignum igitur quod alij Indum, alij uero Guaiacum nominant: ex Taprobana, America, Indiaq́; petitum noſtratibus medicis interuallo locorum minus compertum eſt. Quidam putarunt Auicennam ſecundo Canonis in dictione caron. hoc lignum rememorare, dicentem, Caron eſt lignum Indum, cuius allatio ad terram noſtram multiplicatur, & eſt magni iuuamenti in negocio fracturæ, torſionis, & diſlocationis, non ab re fortaſſe. nam Princeps ex Arabia genti Indorum propior erat. Quamuis Romæ, mihi ſub Hadriano VI. Pontifice Max. degenti, fratres ab India cucullati exulceratarum tibiarum remedium quærenti affirmarint iureiurando lignum duodecim cubitorum altitudinem explere, craſſitudine ulnarum duarum, folia plantagini non diſſimilia, corticem cum nigrum, tum ſubcineritium, flores luteos, fructus rotundos, acidos, quorum ſpecies oliuæ figuram redderet, habere. Præterea morbum Gallico ſimilem, medicos illius oræ diſcutere uiridi ligno, ex quo, quod nigrum corticem gereret: palmum haberet. Nos quoniam uiridi caremus, carioſum dimittentes, id eligimus, quod aquæ non innatet, propinquius radicibus. Medicis ualentius compertum eſt, quod in ſuperficie ſandalorum citrinorum colorem medio nigreſcente referat. Iidem croceum debilius admodum, fœminis & pueris reſeruant, cuius naturam uimq́; cum nemo ſatis recte deſcripſerit, ad unguem cognoſceue quis poteſt? quamuis ab uſu caliditatem, ſiccitatemq́;, manifeſtò deprehenderimus, cum eius decoctum bibentium, guttur & ſtomachus patiantur incendium. Superioribus etiam diebus ſiccioris habitudinis homines uidi morbo Gallico laborantes, ligni potatione cum ethicam febriculam: tum tabem incurriſſe. Reſinæ præterea gummi non abſimile ab eo in igne proiecto, flammis obnoxium, emanare uidetur, necnon decoctio prima eius pinguis, & craſſa colorem lactis referens, magnum corpori nutrimentum præſtat, unde

bibentes

bibentes quamuis inedia torqueantur, rarius fame uexantur. Po-
ſtremo per euaporationem ab eo non modicum manat oleum.
Cum ſit igitur omnibus perſuaſum, reſinas omnes, oleumq; fun-
dentes arbores caliditatis & ſiccitatis eſſe non expertes, idem de
hac arbore poſſumus aſſignare. At hoc (utcunque ſit) non la-
boro modo, nam à proprietate (ut aſſeruimus) in eiuſmodi mor-
bo uidetur agere. Noui enim medicum quendam, dicentem ægro-
tos potius medicinæ inediæ, quàm ligno ſanitatem receptam refer-
re debere. Qui tamen fruſtratus eſt, cum quercus decoctionem
eadem inedia nullo ſucceſſu cuidam dediſſet. FRAN. Die-
bus iſtis, ſicut iam prius, non uidetur huiuſmodi lignum male ha-
bentibus conferre, nam pleriq; eius decoctum aſſumentes: non
ſanantur. ANDR. Euenit hoc exhibentium incuria: nam
ferè omnes, ut male affecti inediam arduam abhorrentes decocto
hoc perfruantur, quotidie carnes: citra canones eis exhibent. Per-
uerſo igitur ordine ruunt omnia. FRAN. Ex eo olei confi-
ciendi rationem, quam iandudum pollicitus es, expecto. AND.
Hoc igitur ligno teſſeratim conciſo, nouum fictile refertum uas,
operculo teſtaceo punctim pertuſo obturetur: quod diligenter
argilla circumlitũ excipiat altera teſta uacua, terra defoſſa ad os
uſq;, ſuperiori deſuper incumbente luto cõglutinata, ut per oper-
culum flammarũ ui circumcirca æſtuante, in uacuam quatuor aut
quinq; horarum ſpacio defluat oleum, & poſteaquam deferbue-
rint, aperiens, offendes obrutam refertam aqua oleo innatante:
quo ſi papulas, exulcerationes, tubera, compagum & neruo-
rum doloribus inunxeris, iuuamentum non modicum præſtabis.
Aqua uero oleo ſubſidens, diluculo, ueſpereq; pota loco deco-
ctionis unciarum quatuor ponderis, quatuor horis ante cibum,
mirum in modum confert: magis tamen ſi ſyrupus acceſſerit eiuſ-
modi. Recipe rheubarbari electi unc. s. radicum centaureæ ma-
ioris drach. ij. ſpicæ, ſquinanti, ſingul. ſcrup. s. ligni aloës, ſanda-
lorum rub. ſingul. drach. i. s. radicum hyringi unciam, herbæ
tunecis manip. ij. ſeminis ebuli drach. iij. hellebori nigri drach.
florum

Olei ex ligno Guaiaco cõficiẽdi ratio.

ſlorum cordialiũ, ſticados, ſing. manip. ij. Omnia contũdantur leuiter, & ex uini cretici, aquarum intybi, & fumiterræ, ſing. lib. iij. dies octo macerentur, poſtmodum decoquantur ad tertiam, inde prælo exprimantur, expreſsioni ſacchari quantum ſufficiat addatur, & fiat ſyrupus cum quo prædictæ deſtilationis unc. iiij. ſiue ligni decoctionis de qua dicemus unc. v. bis in die, ſummo mane ſcilicet, & inclinato iam ſole bibat affectus ante cibum quatuor horis. Quod ſi decoctionem uolueris audire, paucis abſoluam. Recipe Guaiaci conciſi lib. ij. s. aquæ pluuiæ lib. xxx. ex quibus fruſtula biduũ macerentur, quæ noua uitreata teſta cooperculo prædita capiat ad bulliẽdum lento igni: ſpuma calida, quæ interea fit, patientis ulcera curantur: membrorum compagibus dolore percitis eadem utiliter adhibetur, ac etiam tuberibus, puſtulisq́; opem afferre uidetur. Facta deſpumatione lignũ prædictum decoquas, quouſq; ſuperſit tertium. Cum autem tepuerit, linteolo ſpiciore coletur, conſeruetur quod inde fluxerit urnula uitrea bene obturata, ne ſcilicet uis euaneſcat. Huius decocti pro ſyrupo xl. dies, diluculo quatuor horis ante prandium, nec minus inclinante iam ſole quatuor horis ante cœnam, uncias quinq; ſigillatim tepidas bibat. Ad hæc libræ triginta cæleſtis aquæ ligno primæ decoctionis accedant, ut ferueant eadem olla tecta cooperculo, quouſque libræ uiginti tantum fiant, & ritu primæ decoctionis in uaſe oris obducti ſeruato, hanc poterit affectus, cum ſitiuerit, ſiue tepidam ſiue frigidam ſumere. Quod ſupereſt, ſi primam decoctionem cum ſyrupo rheubarbari prædicto biberit affectus, citius ualebit. At ſi uino lignum incoquere placuerit, maiori cum utilitate curam efficies. Nam in pituitoſis felici ſucceſſu, ego ſæpius periculum feci. ANDR. Quid hoc? Percepi à peritioribus medicis ligno iſto curantibus, affectos in hac cura uinum bibentes nullo pacto ſanitatem adipiſci. FRAN. Recte tu quidem, at non minus ego, cum decoctionem ex aqua morboſi biberint. Verumenimuero uinum decoctionis eiuſmodi nullo pacto obeſſe poterit, efficitur enim ex concoctione medicina ualentior, quod adhuc neminem

tentaſſe

tentaſſe puto, at ego ſæpius in frigido morbo felici ſucceſſu peri-culum feci. FRANCI. *Sequere igitur.* ANDR. *Recipe Guaiaci recentis conciſi & electi, lib. ij. rheubarbari electi drac. ij. radicum centaureæ maioris drachmam, foliculorum ſenæ manipulum, ſquinanti ſcrup. s. contuſa hæc omnia, ex libris xx. uini albi odoriferi, & eius aquæ dimidio biduum macerentur, inde decocta colentur, non alio mehercule pacto, quàm quo ſuperius eſt dictum: hoc ſine præcedenti ſyrupo uti poteris. Ad hoc R. Guaiaci recentis lib. i. quam ex uini albi leuioris lib. xv. per diem macerabis, ita ut poſtea bulliant omnia quouſq; reſtent lib. x. tunc infundas deſuper aquæ feruentis lib. xv. quæ ſimul cum uino bulliant, quouſq; libræ uiginti tantum reliquæ ſint. Poſtmodum colentur, ſeruenturq; in potum prandentis cœnantisq; affecti. Hoc modo curabis quos non ſolum uictus tenuitas, ſed etiam aquæ auſteritas terret: neq; abſurdum fuerit autumni tempore conciſum lignum quindecim diebus cum uuis ad bulliendum ponere, nam nonnullos ex eiuſmodi potu ſanatos percipies. Iis etiam optime conſultũ fuerit, ſi poſt decocti potionem ante prandium ſpatio unius horæ, cochlearis dimidium iſtius electuarij abligurierint. R. Ligni prædicti ſubtiliter puluerizati unciam, ſand. rub. ligni aloës, thymi, florum bugloſſæ, boraginis, ocimi, ſing. ſcrup. i. pulueris diarhodonis abbatis, diamuſci dulcis, diambræ, ſingu. gra. x. & cum ſyrupo de corticibus citri in pituitoſa materia, uel cum ſyrupo de cicorea compoſito in ſanguinea, quantum ſufficiat, ex arte tum fiat electuarium. Verum ut res quam tractamus ad calcem tandem decurrat, de regimine ſex rerum non naturaliũ ſummatim dicemus. Hos igitur oportet diebus uiginti bis die tantum comedere, nil aliud aſſumentes, quam panis recocti binas uncias, accedat uuæ thyminiæ præterea tantundem, bibant aquam, ſiue uinum decoctionis ſecundæ prædicti ligni. Tranſactis hiſce diebus, panis albi bene fermentati ſine ſale clibano toſti unc. ij. tantumdemq; carnis aut aſſæ aut elixæ: pullorum gallinaceorum, ſiue aucupij ex ſyluis & montibus petiti prandeant, cœnent uero thyminias uuas, recoctumq; panẽ,*

ad trige

ad trigeſimum diem. Qua tranſacta duas uncias panis albi, carneſq; prædictas ponderis eiuſmodi, & prandere, & cœnare recte poterint. Cubiculum quo ſe continet æger, per æſtatem orienti ſit expoſitum: per hyemem tepidarium, uel locus maxime clauſus, ubi continue lignorum boni odoris fiat ignis. Nec inde egrediatur niſi a quadrageſimo die: nocte dormiat horis ſex, aut ad ſummum ſeptem. Diluculo primam ligni decoctionē ex aqua cum illo ſyrupo, ſiue uini abſq; ſyrupo bibat, ſtatimq; lecto cubans periſtromate, ueſtibusq; ſudorem prouocet, quem caleſcentibus linteolis, poſteaquam ſatis ſuperq; deſudauerit, abſtergat. Inde ſubucula, ueſtibusq; pelliceis munitus, linteo capite obuoloto, præcedens horæ ſpacio prandium, ſurgat, tum lotis manibus, facieq; mundata, decoctione prima ligni, nares, & aures purget, deambulans per cubiculum: cui ſi aluus ſuppreſſior fuerit, balano mellis, clyſteréue ex prima decoctione ligni, addito ſale, oleoq; camomillino & uiolaceo poteris eandem ciere, quo reddito ſtatim prandeat: pranſus quieſcat, legat, aut ludat, meridianum ſomnum pro uirili declinans: angorem, nec minus reliquos animi morbos fugiens exhilaretur. FRAN. Recoctum panem iandudum ingeſſiſti mihi, nec quis ſit ſatis explicaſti. ANDR. Imprudens præterieram. R. pollinis farinæ triticeæ quãtum uolueris, nõ ſine fermento congruo, quam ſubactam quatuor digitorum craſſitudinis quoquouerſum, longitudinis duarum ſpithamarum in paſtillos formabis, decoques in clibano uſq; ad non completam coctionem, extrahes deinde, & poſteaquam deferbuerint, acutiſſimo cultello poteris in tenuiſſimas partes ſecare, quas ex aqua roſacea, & ſacchаro prius maceratas, in tabula ſigillatim collocabis, furnoq; iterum mandabis, ut legitime concoquantur. Porrò priuſquam prædicti ligni decoctum ſumant, pro morbo pharmacis & ſyrupis ſuperius enarratis ſunt muniendi: quinetiam ſi morbus expoſtulauerit, ſanguis prius erit mittendus. Verum poſteaquam ad quartumdecimum diem peruentum fuerit, ſumat pituitoſus, poſtridie eius diei, purgationem hanc: Recipe agarici præparati,

turbit

turbit electi,hermodactylorum,ſingu.ſcrup.i.gingiberis ſcrup.s. hellebori nigri gran.v.contuſa per noctem ex aqua abſinthij,meliſſæ & fumiterræ,exprimantur:expreßioni ſocientur electuarij lenitiui drach.iiij.conf. Hamech,*diaſinic.ſing.drach.i.& fiat potio addita rhodomellis unc.*Vel,R.*polypodij quercini drach.iij.ſem.ebuli contriti drach.i.foliculorum ſenæ,epithymi,thymi,ſticados,amaraci,aſſari,florum ſaluiæ,ſing.pugillum, fiat decoctio in qua colliqueſcant electuarij lenitiui drach.iiij.confectionis* Hamech,*electuarij* Indi,*ſingulorum drach.i.s.agarici præparati ſcrup.s.triferæ perſicæ ſcrup.i.ſyrupi de fumoterræ unc.s.fiat potio:quam trigeſimo etiam die iterum dare tibi erit expediens.* Quod *ſi* Gallicus *adhæſerit ſanguini,hoc pharmaco poteris uti.* R.*rheubarbari electi drach.ij.s.ex aqua intybi & uino cretico, cum nardi ſpica:permaneant ſex horas hæc omnia ſuperioribus liquoribus infuſa,deinde facta forti expreßione,diacatholiconis addantur drach.iij.elect.roſ.* Meſ. *drach.iiij.de ſucco roſarum drach.s.& cum decoctione florum,& fructuum cordialium fiat potus,addita ſyr.uiol.uncia,quem hauriant cum quintadecima, tum etiam trigeſima luce.*Qua *die purgationes æger exhauſerit, carnes elixas prandeat,eiuſdem põderis,eiuſdemq; qualitatis:nec minus pane ueſcatur,ex iure carnium prædictarum:bibat ius tantum earundem,die uero ſequenti iterum redeat ad ligni potationem,quam ſuprà ſæpius meminimus.*Tranſ*acta quadrageſima luce liberalius poteris hunc habere.*Poſ*tridie parũ è cubiculo procedat.*Quæ *ſequetur die domo pedem efferre poterit,ſtatim cubiculo ſe tamen reſtituens.* In *ſequentibus diebus,gradatim ſic ſe habens , negocia ſua breui peraget,cum eo tamen,ut diutius cibos ſanguinem adurentes,in ſtomacho putreſcentes , pituitamq; gignentes , auerſetur.* Sed *quoniam cum his qui ligno curantur actum fuerit optime,ſi in ethicam,aut in tabem non inciderint,nõ eſſet abſurdum,diebus exactis quadraginta,reſtaurandarum uirium gratia per menſem quotidie duabus horis ante prandium cochlearis dimidium iſtius electuarij aſſumere.*Rec.*nucis indicæ*

recentis

recentis unc.vi. nucleorum pineorum præparatorum, amygdalarum dulcium, piſtaciorum, ſingul. unc.i. ſeminis peponis mundati unc.v. ſem. papaueris albi unc.i.s. uuæ thyminiæ ex aqua uiolacea unc.ij. pinidiorum, ſacchari uiol. nenufarini, ſing. unc.iij. hæc omnia terantur optime lapideo mortario, & ex ſyrupo uiolaceo compoſito fiat electuarium. At nonnunquam fit, ut non ita exacte curentur: ergo catapotium tale poterunt tribus uel quatuor menſibus poſt aſſumptionem ligni ſemel in hebdomada duabus horis ante crepuſculum drach.i. pondere ſumere. Rec. myrobalanorum omnium, troch. colocyntidæ, maſticis, diagridij, hermodactylorũ, turbit, agarici præparati, ſingul. drach.i. origani, cymini, ſingul. drach.s. rheubarbari drach.i.s. ſpicæ nardi, gingiberis, ſingulo. ſcrup.i. ſalis gemmæ ſcrup.s. hellebori nigri ſcrup.ij. polypodij quercini drac.i. ſeminis ebuli ſingul. drach.ij. pulueris hieræ ſimp. diamuſci dulcis, ſingul. ſcrup.ij. aloës elote unc.ij. theriaces drac. ij. Contuſis contundendis, cum ſyrupo de fumoterræ fiat catapotiorum trochiſcus. Verum ut mea conſilia tibi credam omnia, ſi etiam per aliquot menſes electuarium cum puluere ligni confectum quotidie, uel alternatim affecti aſſumerent, ab omni derelicta malignitate liberarentur.

De curatione morbi Gallici per aquam philoſophicam.

REliquum eſt cognita ingenij tui mira facundia, cognitoq; amore, ac fidelitate, quibus me ſemper proſecutus es, ut ea quæ alicui nunquam dicere uolui, tibi condonare non derelinquã. Morbum igitur Gallicum ſanguineum, cholericumq; recenter cõtractum, poteris hac aqua philoſophica diſcutere. R. aloës hepaticæ lotæ ex ſucco intybi lib.i. rheubarbari electi, radicum centaureæ maioris (rheuponticum uulgus appellat) ſingulorũ unc. ij. ſem. quatuor communium frig. ma. excoriatorum ſing. unc.iiij. capillorum Veneris recentis manipul.iij. uuæ thyminiæ unc.vi. pulpæ ſebeſten, caſſiæ extractæ, ſing. unc.vij. pulueris trium ſandalorum, aromatici roſati, ſing. unc.i. ſucci roſarum puri, intybi, cicoreæ, fumiterræ, lupulorum, ſcabioſæ, ſing. unc.vi. liquoris

malorum

malorum punicorum, berberorum, ſing. libram unam, ſucci bora-ginis uncias octo, ſyr. de cicorea compoſiti, de bugloſſa, de fumo-terræ, ſingul. libræ pondo: contundenda contundantur, & in uaſe ſublimationis uitri conflato è ſuccis uino & liquoribus prædictis, dies octo macerentur. Porrò per balneum feruentis aquæ, cui ha-renæ quantitas ſit commixta, ſublimetur aqua. Verum uas ipſum operculo roſtrato ſit tectum, cui phialam uitream diligenter, ne quid ex commiſſuris expiret, copulabis, accedente ex lignis ſeu po-tius carbonibus igne: ex quo cum clara tota defluxerit aqua, & rubentior appareat, phialam remouēs, huic ſimile uacuam ſtatue, quod fluxerit totum ſerua, nam ſanguineo bilioſoq; recenti malo plurimum liquores eiuſmodi proſunt. At in morbum pituitoſum, melancholicumq;, quo ualentius eſt nihil, accipe agarici præpara-ti unc. iiij. aloës elotæ ex ſucco fumiterræ unc. ix. catapotij de aro-matibus unc. iiij. myrobalanorum omnium ſingul. unc. i. ſenæ, epi-thymi, meliſſæ, recentis, florum cordialium, ſing. unc. iij. hermo-dactylorũ, turbit, ſing. unc. iiij. iuæ artheticæ, baccaris, ſticados, chamedryos, ſaluiæ, primulæ ueris, origani, ſatureiæ, ſing. manip. iiij. radicum centaureæ maioris, rheubarbari, ſingul. unc. i. rad. hellebori nigri recẽtis unc. vi. gingiberis, nucis myriſticæ, gario-filorum, cinnamomi, cubebæ, carpobalſami, calami aromatici, cro-ci, ſing. drach. i. ſucci rad. ebuli, ſucci radicum inulæ, ſucci arthá-nitæ, ſucci abſinthij, ſucci eupatorij, ſucci bugloſſæ, ſucci fumiter-ræ, ſucci meliſſæ, aceti ſquillitici, ſing. deunx. uini cretici libras. x. theriaces optimæ libras ij. pulpæ ſebeſten libræ pondo, contundẽ-da contundantur, & cũ ſuccis & liquoribus in uaſe uitreo magno commiſceantur, & ſic dies octo permaneant, inde ſublimentur, ſi-cut ſuperius diximus. Quod ſi efficacius in atram bilem deſidera-ueris, tres aut quatuor angues, longos, nigros, excoriatos, exen-teratosq;, tum multo ſale, temporis aliquo ſpacio, tum aceto per-fricatos, ut unà colliqueſcant, addere poteris. Nam hoc non ſo-lum morbo Gallico, ſed lepræ, multisq; alijs ægritudinibus, quas nunc prætermittendas duximus, maxime confert. FRAN.

Aueo ſcire quonam pacto ſublimatio talis ſit ægrotantibus exhibenda. ANDR. Cum recte cognoueris aliquē morbo Gallico calidiori confectum, ſex rebus non naturalibus obſeruatis, ut diximus, factaq; prius phlebotomia, ſi neceſſe fuerit, non minorē huic inediam imperabimus, quàm ijs quos illinimus. Poſt hæc æſtate poteſt hanc aſſumens per domum deambulare: bruma uero urgente cubiculo ſe cōtinere: nec interdico quo minus pila unius horæ ſpacio ante cibum, loco clauſo ſe exerceat. Sumat ſingula quaq; die luce apparente ſanguineus ſiue bilioſus, ſyrupi roſati, de ſucco citri. ſingul. unc. s. olei de ſulphure grana x. quibus addantur primæ ſublimationis limpidæ unc. ij. ſemis, rubentis uero drach. iij. quod eligendum bibat decē diebus: inde unoquoq; die prouocet ſudorē. At ſi cognoueris humores nō euocari potione hac, decimo die R. elec. lenitiui drach. iiij. roſacei Meſ. diaſ. ſing. drac. ij. & ex rheubarbari infuſione drachmā, pauxilliq; ſyrupi de ſucco citri: fiat potio. Poſtridie uero rurſus ad ſyrupos redeat, ad alios decē dies: quæ omnia ſi nihil eduxerint, uoret æger diluculo rheubarbari drachmā, addita thyminia uua: dehinc ſublimationē prædictam bibat, extēdatq; ſyruporū hauſtū in trigeſimū diē, ex quo denuò ſolutiua potione purgetur. Si uero ſublimationi parere humores uidebūtur (quod in multis ſæpe deprehendi) alterū purgationis genus ſuperuacaneū fuerit. Idem præſtare poteris in frigida quaq; materia. ſi prædictā aliā ſublimationē cū ſyr. de fumoterræ, & de ſticados, nō omiſſo tamē ſulph. oleo, propinabis. Si autē res poſtulauerit, decimo quoq; die peculiaribus pharmacis euacuentur ab humoribus affecti. FRAN. Quid ſi ante trigeſimum diem ſanatus fuerit, debétne potionem ad præſtitutam diem extendere? ANDR. Neutiquam: quippe quoſdam decimo potu curaui: ſed corruptiores ad eam diem poſſunt accedere: corruptiores autem dico, qui longiori tempore hoc morbo fuerunt affecti.

De chirurgia.

QVoniam nunc de purgationibus his, quæ tum inedia, tum etiam potionibus fiunt, ſatis diximus: reliquum eſt ut de

chirurgia

chirurgia agamus. Manus etenim opera ab antiqs maxime culta. Homeri, Cornelijq́; Celſi teſtimonio comprobatur, ſine qua Gallici perpauci poſſunt ſaneſcere. Nam corporis abſceſſus ab hoc morbo, qui uerendorum, inguinumq́; partes infeſtant, duabus de cauſis minime ſunt repellendi, nam inguem iecinoris & ſplenis emiſſarium recte diximus. Apoſtemata ergo inibi tumentia repercutere qui poſſumus? quum Auicenna quarta primi ſic aſſerat. Si uero membrum apeſtomoſum membri principalis emunctorium fuerit, ſicut loca glanduloſa in collo: quæ ſunt emunctoria ceeebri, aut aſcellæ, quæ ſunt cordis, aut inguina, quæ ſunt hepatis, nullo modo erit applicandum aliquod, quod refrenet: accedit materiæ malignitas, quam ſi noſtratibus credimus, cataplaſmatibus cohibere minime conari debemus FRAN. Quid igitur erit præſtandum? ANDR. Pro uirili laborandum, ut malagmatibus matureſcentia ſecanti ferro, ac etiam aliquando actuali cauterio aperiamus: feci totius corporis tanquam feneſtram patefacientes. Quod ſi prædictum malagma quæris, eſt eiuſmodi, R. foliorum maluæ, brancæ urſinæ, uiolarum, ſingul. manip. radicum bryonæ recentis unc. ij. bulbos liliorum binos, Hæc aqua recte coquantur, terantur, incernanturq́;, quibus accedant adipis porc. unc. ij. butyri recentis unc. s. olei de lilio hypericonis: uiol. ſing. unc. i. s. fœnogræci unc. vi. & ex iure herbarum radicumq́; prædictarum ſubactum cataplaſma calidum applicetur, quod cum in calidis, tum etiam in frigidis corporis abſceſſibus ualere coniecimus. At ſi materia ſclerotica eſſe uidebitur, eiuſmodi alterum cōficies, R. radicum althææ unc. ij. radicum bryoniæ recentiū unc. i. s. bulbos liliorum tres, chelidoniæ m. s. ficuum ſiccorum unc. ij. bulliant hæc omnia in aqua quantum ſufficiat, poſtmodum cōterantur & incernātur: indantur deinde axūgiæ porcinæ, olei de lilio, butyri recentis, ſing. unc. ij. frumenti triticei uel ſiliginei unc. iij. allij decocti ſub prunis unc. i. s. farinæ frumēti, fœnogræci, ſeminis lini: ſing. unc. iij. ammoniaci diſſoluti in aceto unc. iij. & cōficiatur emplaſtrum, nec expectandū quouſq;

 cutis

cutis ſumma per ſe deducatur, tanta etenim eſt morbi malitia, ut affectum locum in carcinoma plerunq; ſua malignitate præcipitet. Satius igitur fuerit ſcalpello iam nigreſcens aperire, quod præparabimus facta inciſione prima die albumine oui, ac pulueribus cõducibilibus, inde per tres uel quatuor dies digeſtiuo de terebenthina, & ouorum uitellis, inde hoc utemur mundificatiuo: R. terebenthinæ claræ ex aqua fumiterræ, unc. iiij. uitellos oui binos, mellis roſacei, ſyrupi de fumoterræ, ſing. unc. ij. farinæ orobi unc. iij. thuris, maſticis, aloës hepaticæ, ſing. drach. ij. rad. peucedani drach. i. & fiat mundificatiuum. Si uolueris uiriũ maiorum mundificationem, accedat unguẽtum apoſtolicum: uel ſi adhuc maximã, Aegyptium. Attamen hoc unum ſcias, præcipitatum mercurium cum æquali pondere aluminis exuſti commiſtum, mirifice mũdificare. FRAN. Quid? ad cicatricẽ obducendã ualebit idẽ? ANDR. Non, ſed triapharmacum ceratum opem præſtabit: uel hoc, quo ualentius nihil eſt, adminiſtrabis. R. roſarum, myrtillorum, balauſtiarum, caudæ equinæ, ſeminis plantaginis, ſingu. manip. i. myrobalanorum citrinorum, conorum cupreſſi, ſing. unc. mediã, acaciæ, hypociſtidos, ſingu. drach. iij. Hæc omnia prius contuſa, tribus diebus macerentur in aceto fortiſſimo, poſtmodum in eo bulliant quouſq; medietas euaneſcat, tunc quidem prælo exprimantur. expreſſum deinde cum oleis roſaceo & myrtino copulabis, lithargyrio minioq; additis, ceratum ad ignem conficies, addita tutiæ ſemuncia. FRAN. Plerunq; fieri ſolet, ut à morbo Gallico exulcerationes ſordidæ, corrodẽtes, ſpongioſæq;, ſæpius oſſa corrumpant: his quibus remedijs obuiam eundum fuerit, explana mihi. ANDR. Bifariam procedit hæc curatio: nam ſi ligno ab Indis petito curare fuerit conſilium, pluribus diebus præcipitato puluere, mundificanda ſunt ulcera. Nam quamuis ipſius potione materia peccans euertatur, tanta eſt tamẽ materiæ ulceribus coniunctæ malignitas, ut niſi quis optimus operarius acceſſerit, uix poßint ad cicatricem deduci. At ſi per unctionẽ, ſuffitumue procedis, ea tamen prius, quæ oſſa penetrarint, curare oportet ulcera, corroſiua

ra,corroſiua quippe, cauernoſa, quæq; his ſimilia. Ad oſſa non accedentia,unguento,ſuffitu ue delentur: ſed os corruptum omnino abradatur,cauterioq; inuratur,iuxta illud Auicen.iiij.quarti,capitis de corruptione oſſis ſic dicentis, Neceſſe eſt fricare ipſum,& radere,aut cauterizare, perueniendo ad ultimū corruptionis eius,ut cadant cortices corupti,& remaneat ſanum. Itaq; cum certiſſimis argumentis oſſis uitium deprehenderis, aut inciſione & cauterio poteris operari,aut cauterio tantum. Sanè in obductioris ulcere ſpongioſo,corruptioriq;,nouacula penetrandum erit uſq; ad os incidendo carnem affectam, quæ diligenter utrinq; poſtea diducta, linimentis ex albo ouorum,& pulueribus obducentibus cicatricem per uim infarciatur: inde fiet, ut poſtridie eius diei ſubijciatur os totum noſtris oculis uitiatum, quod cū uideris,bene ſecanti ferro putredinem carioſam diduces, & ſanū à uitiato ſepares: inde candēti ferro,carne madidis ſtuppis præmunita,os uſtulabis: ſi uero latius patebit ulcus,carnem prius incidere fuerit conueniens: nam cute deficiente, non poterit niſi fruſtulatim,idq; difficulter ab oſſe diduci,non ſine maximo ſanguinis fluxu. Sat erit igitur candenti ferro, quod minima fiet ſanguinis miſſione,carnem ad os uſq; uitiatam comburere,tunc enim ex linimentis eiuſmodi medicamētum curabit,quod combuſtū fuerit. R. uernicis liquidi drach.iij.ex aqua ſolatri ſiue plantaginis, uitellos oui tres,butyri recentis unc.ij.olei roſacei omphacini,uiolati,nenupharini,ſing.drach.ij.Miſce ſimul omnia hæc,& fiat unguentum, quod locis uſtulatis mirum in modum confert. At ulceris circunſtantes particulas triapharmaco ex oleo aceoq; roſaceo, ac lithargyrio in mortario plumbeo ſubacto, ad reſtringendam cauterij uim illinies: quam operationem ſi quis reformidauerit,poteris quorundam ſententia per euphorbij puluerem eodem peruenire: ſed mihi quidem non fit uerisimile ut in profundo ulcere ualeat is, aut eiuſmodi quippiam, præter cauterium, quod curans D. Angelum, Illuſtriſs. reuerendiſſimiq; Cardinalis Tridentini ærarij Fiſcalem, deprehendi, qui quamuis hoc morbo mi-

nime teneretur, ex calce tamen equi plurimo temporis ſpatio contracto, & inueterato ulcere laborabat ſiniſtro crure. Multa medicorum manus, ſatis honeſto conducta ſalario, ex circumuicinis ciuitatibus ad eum fruſtra confluebat: quo factum fuit, ut is ſalutē penè deſperans, mihi ſe curandum tandem tradiderit. Poſtridie eius diei, quoniam ulcus eiuſmodi à cute & carne ferè ſpoliatum erat, quinq; medicis aſtantibus, uitioſam carnem cum oſſe corrupto cauterio concremauimus. Difficile dictu eſt, inter curandum quanta fuerit uiri conſtantia cōiuncta prudētiæ: enimuero (quod dictum citra inuidiam fuerit) C. Mario præſtantiſſimo uiro æquauimus, nō ſolum Angelum, uerumetiam meritò prætulimus: quippe qui non ſolum teneri ſe noluerit, ſed crus immotum nullo doloris argumento præbuerit. Sed ut ad rem redeamus, patuit quamobrem remedijs cæterorū nunquam ceſſarat malum: ad medullam nanq; peruenerat uis morbi, circùm uicina quæq; corrumpens: quod tamen omne quicquid erat in eo noxij, deo dante, duorū menſium ſpatio curauimus. FRAN. Huius etenim curæ argumento innixus, tantum mihi polliceor breui conſore, ut noſtrates non ſolum, uerumetiam præſtantiſſimos quoſq; medicos antecellas. ANDR. Agnoſco miram animi tui in me inductionem, qua fit, ut noſtra tibi maiora uideantur, quibus (ingenue dicam) laudari à laudato uiro, uirtuteſq;, quas ne agnoſcam quidem, mihi tribui facile patiar. FRAN. Sæpius fauces palatumq; uidimus affectorum malignis ulceribus, ſerpentibus, exeſiſq; teneri, quæ quo pacto ſint oppugnāda, uellem libentius abs te audire. ANDR. Fiat ut uis. Recipe igitur aquæ cuius uirtute aurum ab argento diuiditur, ℥.ij. roſatæq;, hyoſcyami, ſingulorum ʒ.iij. inde miſceas. Aut R. aquæ ſaponis ℥.ij. uitreoli romani ℥.iiij. ſalis ammoniaci ʒ. i. uitreolum & ſal diluantur optime, & fiat aqua. FRAN. Qui fieri poteſt ut aquæ quas dixiſti partes ulceribus circunſtantes non lædant? ANDR. Styli lignei ſummitatem tomento circunligabis, qua madefacta ex aquis ſuperius enarratis illinies ulcera, quæ cum cœperint mundari, os affecti ſibi colluant ex

aquis conſolidantibus, quas ſuperius tibi pluribus explicauimus. Quinetiam puſtulis uerrucoſis eiuſdem morbi plurimum confert, nam decidunt ſtatim, reſoluunturq́;. FRAN. Solent plerunque duriſſimæ ſtantes glandulæ ægrotos male habere, quibus quid ap-ponendum ſit ſcire deſidero. ANDR. In primis illud ſcias, iſto-rum tuberum duas eſſe ſpecies, quarum altera carni adhæreſcẽs diaquilone magno de gummis, aliiſq́; diſcutiẽtibus emplaſtris cum per reſolutionem, tum quidem per ſuppurationem curantur non-nunquam. Altera procedens ab oſſe difficillime ſaneſcit, niſi cau-terium adhibueris: quam curationem cum pleriq́; auerſentur, cau-terium potentius adhibeas, quo quatuor horarum aut quinq́; ſpa-tio dolore modico urgente macerabitur, ac deſtruetur caro. Reci-pe igitur aquæ primæ, qua fit ſapo, lib. iij. uitreoli romani, nitri, ſa-lis ammoniaci, ſing. unciam: quæ diligenter unà diſſoluta, ex teſta decoquantur ad ſordium craſſitudinem, tunc adde oppij thebaici unc. i. s. dein e torreantur igne tandiu, ut lapideſcãt: effracta au-la lapillos adhærentes obturato uaſe uitreo conſeruato, quippe noxius eſt aër aduentitius, quo ſtatim in aquam conuertuntur. FRAN. Apicem tuorum in me immortalium meritorum hoc addidiſtis quo fit, ut nihil aliud abs te nunc expetam, niſi ut ſæpius ad te accedam, quo tempore omnes circa morbos ex uiridario tuo fructus colligere poſſim. ANDR. Libentiſſime quidẽ, ut prius cognouero auditorem attentum te præſtaſſe. At nũc reliquũ eſt tantũ ut curan-di corporis neceſſitate: ad cœna-culum accedamus.

PETRI ANDREAE MATTHEOLI SENENSIS DE MORBI GAL-LICI CVRANDI RA-TIONE FINIS.

IOAN. ALMENAR HISPANI MEDICI DE MORBO GALLICO LIBER.

De morbi origine & diffinitione. Caput I.

CONVENERVNT *ſapientes quidã, ut hic morbus qui apud Italos appellatur Gallicus, nũc dicatur Paturſa, quod interpretatur paſſio turpis ſaturnina: turpis enim morbus eſt, quia mulieres incaſtas ac irreligioſas reputari facit, & generaliter omnes deturpat. Et ſaturninus, quia à Saturno propter eius ingreſſum in ariete, alijs cæli diſpoſitionib. coadiuuantibus originem traxit. Et ſi illi influxus ceſſauerint, nõ propter hoc morbum ceſſare neceſſe fuit, quoniam plura corpora infecta remanſerunt, à quibus alia inficiuntur: ex quo comprehendi poteſt quod adhuc per multos annos hic morbus durabit, ideo caueant homines ut de alijs ſumpto exẽplo de ipſis dici poſſit, Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Fuit autem diſpoſitio à cæleſti influxu tunc in corporibus impreſſa, humorum aduſtiua, ex parte ſigni arietis, quod calidum & ſiccum exiſtit, & per aduſtionem, humorum frigidorum & ſiccorũ productiua, ex parte Saturni, qui frigidus & ſiccus natura exiſtit, qui humores frigidi & ſicci ſiue melãcholici, per aduſtionẽ geniti, pulſi ad uaria loca, uarios dolores inferũt, & ad cutim uaria puſtularũ genera ꝓducunt. Definiatur ergo ſic: Morbus Gallicus ſiue Paturſa eſt mala epidemialis diſpoſitio in mẽbris corporis, præcipue in hepate & uenis & eorũ humoribus exiſtens, ex qua ueluti accidẽtia ſequũtur dolores & puſtulæ per uniuerſum corpus. Tangitur cauſa efficiens quũ dicitur epidemialis, quia à cæleſti influxu procedens. Formalis, quũ dicitur mala diſpoſitio. Materialis, quũ dicitur in membris. Etiã tangitur differẽtia per hoc quod dicitur, ex qua ſequuntur dolores &c. De finali autẽ cauſa morbi, medicus corporalis*

ralis non ſe intromittit. Spirituales tamē medici debent eſſe ꝓpter punitionē peccatorū: quare qui ab hoc liberari aut ipſum euitare procurant, à delictis caueant & mentem ſuā deo applicent. Solus enim deus languores ſanat, ut inquit Meſ. in de appropriatis. Ex qua diffinitione plura ac utilia ſequūtur corrolaria. Primū, quod hic morbus eſt unus & nō plures, ut quidā inſufficienter dixerūt, quoniā de ipſo nō poſſet unica dari diffinitio, neq; unicam ſemper cauſam haberet efficientē, neq; unica illi cōpeteret cura, neq; unicum haberet nomē, quod incōueniēs eſſet, ut pro parte apparuit, & manifeſtius adhuc apparebit. Secundū corrolariū, quod male arbitrantur qui de hoc morbo capitulū inueniſſe credūt ſiue capitula, ut de doloribus iuncturarū & de aſſafati, quoniā illis nō competit diffinitio ſuperius aſsignata. Præterea nō omēs dolores qui fiunt, ſunt in iuncturis, neq; omnes puſtulæ aſsimilantur aſſafati, quare neq; id morbus ineſſe cū illis conuenit, neq; cura eius ad curam illorū reduci poteſt, ut inferius manifeſtabitur. Tertiū corrolarium, quod qui curant tantū puſtulas, aut qui tantū dolores aduertunt, imperfecte curant. Quis enim perfecte poteſt curare capitis dolorem, aut nimiā linguæ ariditatem, uel ſitim, quæ à febre proueniūt, niſi prius curetur febris? accidens enim ſequitur morbum, ſicut umbra corpus, ut Galenus iij. de accidēti. Et hoc pacto dolores ut puſtulæ curari nō poſſunt, niſi prius hic morbus curetur, quoniā iſta aut ſunt accidētia, aut ægritudines aſſociatæ, quæ ſequūtur principalem, & curā illius præſupponunt, ut Auicen. in prima tertij, & pleriſq; locis oſtendit. Quartū corrolariū, quod ſi quis cōiungat curam Empericorū, & curam iſtorū qui regulariter operari credunt, ut Emperici unguēdo, & ut medici purgādo, quod adhuc inſufficiēs eſt cura, quoniā per illa medicamina nō remouetur illa mala cōplexio quæ in mēbris impreſſa eſt: & hæc fuit cauſa quare multi crediderūt ſe eſſe ſanos & nō fuerūt: & ſi aliquis ſanatus eſt, hoc fuit, quia per medicinas ſolutiuas & unctiones fuerunt humores perfecte euacuati, quibus euacuatis natura fuit potentior ſupra morbū, uel ſupra malam illā complexionē, &

ipſam expulit: hoc tamen nō factū eſſet, niſi uirtus eſſet fortis, & impreſſio fuiſſet modica: ubi autē uirtus fuit debilis & impreßio fortis, nō potuit hic morbus expelli. Propter hanc diuerſitatem in uirtute & impreßione quidā potuerūt ſanari abſq; medicinis, quidam cū medicinis, & quidā nullo modo ſanari potuerūt: nos autē oſtēdemus modū quē experiētia & ratio docuit, ad ſanādū omēs, remouendo cū medicinis nō ſolum humorē actu facientē dolores & puſtulas, & ipſum qui paratus eſt facere, uerum ipſam malam complexionem quæ humores inficit, ipſis tamē prius euacuatis, ut regulariter facere conuenit: & in hoc conſiſtit theſaurus curæ. Plura alia corrolaria inferre poſſem, ſed quia ſuperfluū eſt plongare ſermonem in rebus quæ in medicatione nullum afferunt iuuamentum, ut ait Galenus primo regiminis acutorum, ſatis de hoc dictum puto. Supereſt modo de cauſis determinare.

De cauſis morbi Gallici. Caput II.

CAuſarum duplex eſt genus, quoniā quædā ſunt primitiuæ, quædam corporales, & iſtæ duplices: quædam antecedens, & quædam coniuncta. Primitiua poteſt eſſe in hoc morbo duplex principaliter: quarū prima eſt ſola influentia, uel aëris corruptio, per quam cauſam eueniſſe pie credendū eſt in religioſis. Secunda eſt conuerſatio, ut per oſcula, & lactis aſſumptionem, ut in pueris uiſum eſt: aut per coitum, ut in plurbus cōpertū eſt & frequentißime eueniſſe: alijs autē modis, & præcipue à ſola influentia, uel aëris corruptione, rarißime: & etiā per alios modos cōuerſatiōis euenire potuit, quod tuæ conſiderationi derelinquo. Satis eſt ut ſcias hunc morbū eße contagioſum, ut experientia docet, & ratione ſimilitudinis, quam habet cum morbis cōtagioſis, non aliter credendū eſt. Vnde Auicen. ſecūda primi, in cōplendo ſermonem de diſpoſitionibus ægritudinum: Quædā ſunt quæ de uno ad aliud tranſeunt, ſicut lepra, ſcabies, uariolæ, febres peſtilentiales, & apoſtemata putrida. Cauſarum uero antecedentium quadruplex eſt genus, ſecūdum quod quatuor ſunt humores qui in materia huius morbi tranſire parati ſunt, propter eorum indiſpoſitionē, aut

qui im-

qui impreſsionem morbi ſuſcipere apti ſunt, ut ſanguis, cholera, phlegma, melancholia. Cauſa uero coniuncta eſt duplex, quia quædam eſt ipſius morbi, & eſt humor qui primo infectus aut alteratus à cauſis primitiuis inficit membra & alios humores, & hinc dicitur, Cauſæ primitiuæ mouent antecedentes. Sed cauſa coniuncta accidentium, eſt humor immediate cauſans dolores aut puſtulas. Sed hic poſſet quæri, an mala qualitas exiſtens in humore, qui eſt cauſa antecedens, poſsit eſſe ægritudo: & uidetur quod non, cum ægritudo ſit paſsio uiuentis, & humor non uiuat. Ad quod reſpondetur, quod humor exiſtens in hepate & uenis infectus iſta mala qualitate, poteſt eſſe ægritudinis ſubiectum, dato quod illa mala qualitas adhuc non ſit communicata membro, quoniam ipſa poteſt lædere operationem digeſtiuæ hepatis & uenarum, ut humores corruptos generet: ergo per diffinitionẽ ægritudinis patet ipſam eſſe ægritudinẽ. Ad argumẽtũ autem dicitur, quod ſufficit quod uiuens ſit ſubiectum denominationis, ſiue illud quod denominatur ægrum: non autem oportet quod ſit ſubiectum inhæſionis, imò ſtat quod ipſe humor ſit ſubiectũ, cui ipſa ægritudo inhæreat. Et ſi dicatur, Quomodo humor poterit eſſe antecedens, & in eo eſſe ſubiectiue ægritudinem? Dico, quod erit cauſa antecedens reſpectu dolorum & puſtularum, quia paratus fluere ad loca dolorum & puſtularum: & erit etiam cauſa coniuncta, pro quanto cauſat malam complexionem in membro: & erit ſubiectum ægritudinis, pro quanto habet diſpoſitionem per quam læditur operatio membri, & ipſum facit denominari ægrum. Hæc ſi bene conſideres, omnem difficultatem, quæ circa diffinitionem fieri aut conſiderari poſſet, comprehendes.

De ſignis morbi Gallici. Caput III.

Signa ſunt, læſio ſiue nocumẽtũ in uirga, & præcipue corroſio ſiue nocumẽtũ quod aſsimilatur carolis, grauitas capitis, & colli dolor, quæ paulatine expãdũtur uerſus humeros & ſpatulas uſq; ad iuncturas, primo brachiorũ, deinde tibiarum, & aliquãdo fit in muſculis & lacertis & alijs neruis quæ ſunt in iſtis

membris,

membris,& augetur dolor in nocte, & de die diminuitur. Cuius cauſa eſt, quia humores in nocte à natura mouentur, propter ipſam eſſe retractam & fortiorem, & etiam quia ratione humiditatis noctis materia augetur, aut ratione frigiditatis, de die autem natura diuertitur à ſenſibilibus & alijs, & non ita humores mouet, tum quia debilitata, tum quia circa alias operationes occupata, quia etiam ſigna cauſarum ex parte doloris & puſtularum oſtendam, ex alijs autem iam patebit in arbore ſignorum inferius declaranda. Si dolor eſt acutus, & non multum tarde eminens, & puſtulæ ſunt paruæ ad citrinitatem tendentes, uel ulcerantes & in cute aſperitas appareat, à cholera ſunt. Si autem dolor eſt extrinſecus paulatine eueniens. & puſtulæ ſunt latæ ad albedinem tendentes, à phlegmate ſunt, & ſi iſta apparent & ſunt cum prurítu magnifico & aliquali ardore, à phlegmate ſalſo ſunt. Si uero ad nigredinem tendunt & paruæ etiam ſunt, à melancholia, dolore maxime exiſtente pauco. Si autem ad rubedinem tendunt, & dolor non eſt multus, à ſanguine fiũt. Iſta tamen ſigna confundi reperies, ſi alia aſpexeris ſigna, quoniã quemadmodũ raro accidit corruptio in humore uno ſolo, teſte Galeno primo regiminis acutorum: ita raro reperies quod ſolum appareant ſigna ſignificantia ſuper unũ humorẽ ſolũ, quia oportet omnia ſigna in mẽte colligere, & ea comparando ad ſe inuicem, comprehendere quod magis dominatur, & iuxta Illius humoris dominium, ita curã ordinare.

Prognoſtica.

Ad hunc morbum magis parati ſunt melancholici, propter ſimilitudinem, iuxta Ariſtotelem ſecundo de generatione: In habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus. Et Auicenna, Conuerſio in genere proportionali facilior eſt quàm conuerſio in contrarium. ſecunda primi. & maxime illi qui ſunt melancholici per aduſtionem. Secundo illi qui ſunt cholerici, tertio ſanguinei, propter humorum abundantiam. Minus cæteris ſunt phlegmatici, & horum omnium magis præparati ſunt qui habent corpora rara, & adhuc omnium magis illi qui malis humoribus repleti ſunt, & qui

& qui utuntur cibis melancholicis, ſicut leguminibus, carnibus antiquis, & huiuſmodi. Et quando hic morbus eſt recens, eſt curabilis, cum autẽ antiquatur, difficilioris eſt curæ, & tanto magis quanto antiquior, quoniam illa mala complexio continue magis figitur, quare qui hunc morbum patiuntur, quàm citius poſſint liberari procurent. Item habentes puſtulas eminentes multas, & dolores paucos, facilius curantur quàm qui oppoſito modo ſe habent, & qui nodos habent qui gumme uulgariter appellantur, difficilius cæteris curantur. Iuuenes enim, cæteris paribus, ſiue adoletes facilius cæteris curantur. Vnde Galenus: Non eſt poßibile illos qui in ætate plus proceſſerunt magis ſaluari quàm adoleſcentes. 2. prognoſticorum. Supereſt modo ad curam deuenire.

De cura morbi Gallici. Caput IIII.

CVram huius morbi per ſeptem intentiones compleri arbitramur. Prima eſt uentris lenitio. Secunda, minoratiua euacuatio. Tertia, materiæ digeſtio. Quarta, ipſius euacuatio. Quinta, membrorum alteratio. Sexta, ipſorum confortatio. Septima, accidentium correctio. Sed quia plus nocet error in ſex rebus nõ naturalibus, quàm ſit iuuamentum medicinarum, teſte Serapione quinto practicæ, ſecundo cap. & Auicenna, amplius ſcire oportet quod non omnis complexionis malitia ſuo medicatur contrario &c. imo multoties ſufficit regiminis bonitas, ideo regimen in ſex rebus non naturalibus præponendum eſt. Vnde licet ſanis etiã debeatur regimen, illud appellatur conſeruatiuũ, iſtud autem curatiuum. Cum igitur omnis cura fit per contraria, ut Gal. tertio techni, & Auic. quarta primi, & hic morbus ſit ualde ſiccus, regimen debet declinare ad humidum, & quia quo ad eſſentiam eius eſt calidus. quia aduſtiuus, & quo ad humores frigidus, quia humores ſunt frigidi & ſicci, oportet temperare regimẽ in actiuis, & in paſſiuis facere quod declinet ad humidum, licet propter apertionem & humorum ſubtiliationem ac digeſtionem neceſſarium ſit adminiſtrare calida, ipſis tamen oportet admiſcere aliqualiter frigida & confortantia, præcipue hepar & uenas.

Quare

Quare ſit aër in actiuis parumper declinans ad calidum, in paſſiuis autem abſolute declinat ad humidum, ſit boni odoris & euentatus. & poteſt fieri in æſtate artificialiter huiuſmodi ſternendo folia, cannæ, ſalicis, iunci, uitis, roſas, uiolas, eis miſcendo laurum, & res boni odoris, & omnia iſta irrorando cum aqua. Circa cibum & potum diæta non debet eſſe ſubtilis. Vnde Hippoc. Tenues & certæ diætæ in diurnis paſsionibus difficiles. quarto primæ particulæ. Sit ergo panis non calidus, nec pluris trium dierum, bene coctus & fermentatus. Vinum ſit album, clarum, medij ſaporis inter dulce & ponticum, cum aqua cocta debite permixtum, aut cum aqua bugloſſæ, boraginis, & ſimilium, & hoc præcipue in declinatione, quia in alijs temporibus poſſent plures materiæ duci ad loca dolorum. Ideo ſi plures dolores adſint, bibatur rubeum uſque in declinationem. Carnes ſint ex caponibus iuuenibus carnoſis, ſed non pinguibus, & ex pullis & hœdis & uitulis lactentibus, & agni annualis. Carnes phaſianorum, perdicum, & auicularum paruarum licet concedi poſſunt, tamen meliores ſunt carnes domeſticorum: quia magis de humido participantes. Ex piſcibus conceduntur petroſi, ſquamoſi, uiuentes in bonis aquis, & ex ſupradictis poteſt fieri ferculum: ut cum lacte amygdalarum, & ſemimum cōmunium, & ptiſana ordeacea. Eſt ualde conueniens far etiam, & huiuſmodi. Ex herbis melior eſt bugloſſa & borago ipſa. unde uerſus. Borago bona quàm dulcia ſunt tua dona. Semper uireſcis, & in omni tempore creſcis, Inquit borago, gaudia ſemper ago. Item conceduntur ſpinachiæ, & in proceſſu fœniculus, petroſelinum cum lactucis & ſpinachijs miſcendo, & ex his herbis & ipſa cicorea poteſt fieri ſalatucium cum aceto paſſulato. Legumina omnia præter cicera fugienda ſunt & caules. Lacticinia omnia fugienda ſunt, ſed lac fortaſſe concedi poſſet ubi non eſſet hepatis inflammatio: aut ſtomachi, ubi timeretur eius facilis corruptio. Vnde Auic. in de cura lepræ, Lac eſt de conuenientioribus medicinis. Ergo propter cōformitatem quam habet hic morbus cum illo: poſſet cōcedi. Qua cōueniunt

niunt

niunt ſorbilia, aut in aqua decocta. Aromata pro confortatione membrorum, & in pauco uſu, & præcipue cinnamomum, concedi poſſunt, ideo in cibarijs poteſt poni talis puluis: Recipe carui, aniſi, ameos, petroſelini, apij, marathri, betonicæ, cimini, calamenti, pulegij, hyſopi, ſpicæ nardi, piperis, ana ℥.i. maioranæ, folij balſamitæ, ocimi, cardamomi, galangæ, liquiritiæ, ana ℥.i. hic puluis maxime conueniens eſt habentibus ſtomachum debilem & celebrum frigidum, lætificat cor, exacuit ſenſus, & mirabiliter memoriam confortat. Fructus conuenientes ſunt temperati. In actiuis aut parum ad calidum declinantes & humidi conueniunt, ergo mora matura & dulcia, uua matura poma dulcia, apia muſcata, dactylina, & huiuſmodi, quæ dari debet cocta ſub prunis. Item cōueniūt amygdalæ, pruna damaſcena, perſica exiccata & depilata, infuſa in uino granatorum muzorum. Somnus ſit tēperatus, ſuperfluus enim nocet, iuxta Hippocratem. Somnus & uigilia magis modo facta malum. ſecunda particula Aphoriſmorum. Minus tamen malum eſt declinare ad ſuperfluum ſomnum, quàm ad ſuperfluam uigiliam, ſemper tamen ſtudeas facere quod ſomnus ſit tēperatus. Vnde Aui. tertia primi cap. ix. Somnus temperatus uirtutē fortē efficit. Meridianū autē ſomnū fugiat, niſi præ nimio dolore nō potuiſſet dormire in nocte. Motus ante cibū factus eſt cōueniens temperatus, pulſis tamen ſuperfluitatibus primæ & ſecundæ digeſtionis, melius tamen eſt declinare ad ſuperfluam quietem, quàm ad ſuperfluum motum: imò quando utitur medicinis, neceſſaria eſt quies, & ideo iſti Emperici cogūt in lecto ſtare, uirtus enim tunc totaliter attenta eſt ad morbi expulſionem. Vitanda eſt ira, furor, triſtitia, timor, ſolicitudo. Cōfert lætari, gaudere, bene ſperare de ſalute ſua, cōfidere, cum amicis & dilectis cōuerſari. Coitus autem ſit temperatus, & celebrata tertia digeſtione. Ventrem habeat lubricum, & ſi non natura, arte, diebus interpolatis faciendo tale clyſtere, R. maluarum, fumiterræ, mercurialis, ana mani. i. boraginis m. s. fiat decoctio de qua accipiatur q. s & addantur olei ℥. iij. ſalis ʒ. ij. ſtomacho ieiuno imponatur.

Pro pri-

Pro prima igitur intentione, R. caſſiæ nouiter extractæ, electuarij lenitiui, ana ʒ.v. cum ſaccharo fiat bolus, aut diſtemperentur iſta cum aqua fumiterræ, aut aqua fructuū. Aut potes exhibere mannis, caſſiæ, ana ʒ.vi. & cum prædictis diſtemperatur, pro diuitibus. Vel fiat tale clyſtere, R. Bliti, mercurialis, maluæ, florum camomillæ, ana m.i. fiat decoctio, cui addātur hieræ picræ ʒ.vi. caſſiæ, ſacchari rubei, ana ℥.i. olei communis ℥.iij. ſalis ʒ.ij. adminiſtretur ieiuno ſtomacho.

Pro ſecunda intentione, quæ eſt materiæ minoratio. R. florum uiolarum, florum boraginis ana ʒ.iij. liquiritiæ raſ. paſſularum enucle. ana ʒ.ij. prunorum ſebeſten ana numero v. foliculorum ſenæ. epithymi ana ʒ.i. fiat omnium decoctio, de qua accipiatur quantum ſufficit ad diſtemperandum, caſſiæ nouiter extractæ, electuarij lenitiui ana ℥.i. electuarij Indi ʒ.i.s. uel tantundem confectionis Hamech, fiat bolus ſaccharo, aut diſtemperentur omnia &c. ut ſuprà. Vel, R. pilularum fœtidarum de fumoterræ ana ℈. i. fiant pilulæ iij. melle roſaceo, & dentur poſt cœnam electuaria, aut dentur de mane.

Pro tertia intentione, quæ eſt materiæ digeſtio. R. ſyrupi de fumoterræ, de bugloſſa, ana ʒ.vi. aquarū cicoreæ, endiuiæ, lupulorum, ana ℥.i. & continuetur per quinq; dies. Deinde detur ſolutiuum poſitum in ſequenti intētione, poſtea iterum accipiat alium ſyrupum, ut gratia exempli: R. ſyrupi de ſticados ℥.i. de fumoterræ ℥.s. aquarum boraginis, lupulorum & endiuiæ ana ℥.i. tranſactis autem ſex diebus aut ſeptem detur iterum ſolutiuum, & poſtea iterum accipiat ſyrupum adhuc fortiorē. puta de epithymo, cum aquis fœniculi, petroſelini &c. & ſi infirmus faſtiditur ſyrupum, fiat talis decoctio: R. Radicum apij, fœniculi, petroſelini, bugloſæ, bruſci, ſparagi, ab eis extracto meditullio ligneo, capillorum Veneris, florum boraginis & meliſſæ, epithymi, polypodij, thymi, paſſularum, ana partes æquales, fiat decoctio & coletur, & addito pauco aceti & modico ſacchari, iterum una bulitione bulliat, & de ipſa accipiat patiens cyathum unum, modo & ordine cali

ne calidum ut ſupra, & ſi de hac decoctione iam faſtiditur infirmus, dentur tales aquæ ſaccharo: R. aquarum ſcolopendriæ, fœniculi, bugloſſæ, boraginis, fumiterræ, ana unc. i. cum modico ſacchari detur ut ſupra. Sed quia materia eſt adeò rebellis, quod non poteſt per intus ſuſcepta digeri, oportet quod ad extra applicentur, quæ hanc materiam in digerendo iuuant, adeo ut quantumcunque materia ſit digeſtioni inobediens, hoc modo digeratur, applicando ſcilicet per intus & per extra. Nec de hoc mireris, ſcilicet de applicatione medicaminum ad extra ad digerendum, quoniam Gilbertus in cura tertianæ compoſitæ ait. Oportet digerere mate[redacted] per fometationes, emplaſtrationes, & huiuſmodi. Talis ergo ſeruetur ordo, ut prima & ſecunda die accipiat ſyrupum patiens, tertia autem die facias ungi cum unguento inferius deſcribendo, omnes partes domeſticas tibiarum & brachiorum, & plãtas pedum & palmas manuum, leniter tamen, & parum apponendo de unguento, & hoc quando uadit patiens dormitum: & de mane accipiat etiã ſuum ſyrupum, ita ut in ſexta die ſint accepti ſex ſyrupi: & ſint factæ tres unctiones, & tunc dabis medicinam ſolutiuam, & humores qui per os expelli deberent ad inferiora diuertentur, & ſic euitabitur nocumentum in ore. In diebus autem ſequentibus ſimili modo utaris, fortificando tamen aliquantulum digeſtiuum, & etiam unguentum, ponendo magis de theriaca & argento uiuo. Potes etiam illa loca fomentare cum decoctione melitoti, radicum altheæ, & ſimiliũ, & hoc faciendo de mane, & ſic erunt tria ingenia ſimul ad digerendum, ſcilicet ſyrupi, unctiones, & fomentationes. Sequitur modo deſcriptio unguenti. R. butyri ℥. iij. axungiæ porci mediæ inter recentem & antiquam lib. i. theriacæ ætatis decem annorum ℥. i. s. mithridiati ℥. i. argenti uiui ℥. ij. s. lithargyri auri, ſalis communis, ana ℥. i. fiat unguentum ex iſtis, incorporando tantum de aqua fumiterræ & ſcabioſæ quantum poterit incorporari, & hoc unguentum eſt propria medicina huius morbi, & ultimum & maius ſecretum quod eſſe poſſet circa ea quæ exterius applicantur. De his autem quæ interius ap-

plicatur, principalius & maius iſto eſt aqua deſtillationis theriacæ, ut uidebitur.

Pro quarta intentione, quæ eſt ipſius materiæ digeſtæ euacuatio. In forma potabili primo, Rec. electuarij lenitiui, caſſiæ nouiter extractæ, ana ʒ. iij. electuarij Indi minoris, confectionis Hamech, ana ʒ. cum aqua fructuum uel cum decoctione prius dicta. detur de mane dormiendo deſuper per horam. Poſſunt etiam iſta diſtemperari aqua bugloſſæ, & endiuiæ, de fumoterræ, & ſimilibus q. s. uel loco caſſiæ ponendo mannæ ʒ. vi. pro diuitibus. Vel pro ipſis diuitibus detur talis medicina: R. liquiritiæ raſ. paſſularum, ana drach. ij. ſebeſten numero. iiij. florum borag[illegible]gloſſæ, ana manip. s. foliculorum ſenæ numero iiij. tamarind. ʒ. i. bulliant in aqua bugloſſæ, fumiterræ, ana q. s. de qua decoctione ſumantur ʒ. ij. in qua infundantur rheubarbari ℈. iiij. agarici ℈. ij. ſpicæ gra. iiij. ſtent per octo horas in infuſione, & fiat expreſſio, cui addantur elect. lenitiui ʒ. vi. electuarij Indi minoris, confectionis Hamech, ana ʒ. i. s. & fiat potio quæ exhibeatur modo ut ſuprà. Hoc tamen gratia exempli dictum ſit. Pilulæ conuenientes ſunt pilulæ de hermodactylis, de fumoterræ, Indæ. Aggregatiui, ut gratia exempli: R. pilularum de hermodactylis, de fumoterræ, ana ℈. i. fœtidarum ℈. ij. cum ſyrupo de ſticados fiant pilulæ pro una uice, quas accipiet patiens de mane, & dormiet deſuper per horas tres aut quatuor. Omnia iſta dicta gratia exempli, quoniam tua intereſt ſecundũ exigẽtiam particulariũ uariare, ſi opus erit. Iſta ſolutiua ſunt accipienda in ſexta die, put dictum eſt in præcedenti intẽtione, & eo ordine procedendũ eſt.

Pro quinta intentione, fiat balneum ſiue ſtufa cum aqua dulci, in qua bulliant malua, biſmalua, melitotũ, chamæmelum, roſæ, lapathium, fumus terræ, & hoc debet fieri poſt purgationem in die ſequenti. Hoc enim pacto fit cõueniens alteratio, quia humectatio, quæ maxime requiſita eſt, & quum incipit ſudare accipiet infra ſcriptam aquam: R. radicis altheæ, fumiterræ, lapathij, inulæ, ana lib. s. & minutim incidantur & ponantur in quatuor libris

uini

uini maluatici ad remolliendum per unum diem & unam noctem, poſtea addatur theriacæ ætatis decem annorum aut plus ℥.i.ſ. & ponatur in alembico, & deſtilletur aqua, de qua accipiantur ℥.iij. cum ℥.ij. aquæ bluglo ſſæ, in principio, ut dictum eſt, & iſta ſtufa reiteretur omnibus ſex diebus tranſactis aut ſeptem: bibēdo iſtam aquam, quæ eſt optima & ſingularis, & in hoc morbo magnum ſecretum, & ultimum eſt cauterium.

Pro ſexta intentione, quæ eſt membrorum confortatio. R. *lætificantis galeni ℥.iij. diamuſci dulcis ʒ.vi. aromatici gariofil.ʒ.ſ. electuarij regum ʒ.i. conſeruæ bugloſſæ, cidoniorum. boraginis, ana ℥.i. ſyrupi de pomis q.ſ. fiat electuarium, de quo accipiantur de mane ʒ.ij. uel cochlear unum.* Item: R. *theriacæ Andromachi habentis ætatem annorum x. ad minus, ℥.i. mithridati ℥.ſ. ſeminis citri, boli armeni, ana ʒ.i. incorporentur omnia ultimata contritione, & cum aqua roſ. muſcata fiat electuarium, de quo accipiat ad quantitatem auellanæ, uel ʒ.i.* Item *poteſt fieri talis confectio ad reſtituendum, ſi debilis ualde fuerit, ut ſæpe accidit.* R. *amigdalarū dulcium, auellanarum, ana unc.i. fiſticorum unc.ſ. ſeminum cōmunium frigidorum drach.vi. ſacchari fini pinidiorum, pulpæ caponis, ana unc.iij. cum aqua roſata fiat confectio in morſellis.* Item *ad hoc ualent epithemata, ſacculi cordiales, & huiuſmodi, quæ narrare prolixum eſſet nimis.*

Pro ſeptima intentione, quæ eſt accidentium correctio pro doloribus, ſi nimium & intolerabiliter infeſtauerint. R. *radicis. lilij, ſeminis hyoſcyami, ana drach.iij. ceruſſæ uncciam.i. medullæ cerui & urtuli ana unc.ij. olei antiqui & ceræ q.ſ. & fiat unguentum quo liniatur locus doloris.* Aut *poteſt poni modicum opij, ſi ultima neceſſitas fuerit.* Et *quoniam iſta narcotica non debent applicari niſi urgente maxima neceſſitate: dicente* Auic. xvi. *tertij:* In *narcoticis timor.* Et Meſ. *Si excuſare potes non propinare melius eſt, dimittentur pro poſſe, & prius tententur anodina, & uere ſedantia, ſicut anethū, chamæmelum, melilotum, althea, uitellū oui, lac, maxime humanum, & huiuſmodi.*

Pro poſtulis utere prædicto unguento, Vel, R. terebinthinæ, pinguedinis hirci ana unc. i. ceruſſæ, lithargyri auri, aluminis uſti, ana unc. s. olei laurini unc. ij. ceræ q. s. fiat unguentum. Pro puſtulis ulceroſis, fiſtulis & cancro: R. nitri, & fuliginis, lithargyri, tartari cocti ſub cineribus in frondibus caulium, auripigmenti, piperis, olibani, uitellorum ouorum: ana unc. iiij. radicis inulæ, lapathi acuti in forti lixiuio cocti, ana drach. ij. ſucci fumiterræ, ſucci lapathi acuti & abſinthij, chelidoniæ, inulæ, fabæ græcæ, abrotoni, de omnibus his ſuccis ana unc. iij. helebori albi, ſaponis ſaraceni, ſulphuris uiui, ana drach. s. omnes ſucci bulliant, depurentur & colentur, & poſtea radices lapathi, inulæ, tritæ ponantur, deinde ſapo, poſtea puluis ſpecierum, & tunc adde olei communis axungiæ porci, & ceræ ana drach. ij. argenti uiui cum axungia extincti unc. i. & fiat unguentum quod erit mirabile ad ſupradicta. Pro gummis uel nodis accipe radices altheæ, & in uino albo coque, & cum axungia gallinæ tere & ſuperpone. Item: R. mucilaginis ſeminis lini, mucilaginis altheæ, ana drach. ij. olei de ſpica, amygdalarum dulcium, camomillæ, ana unc. s. butyri unc. i. gummi arabici, dragaganti, ana drach. i. cum cera fiat unguentum ad mollificandum & reſoluendum mirabile. Ad idem ualet cerotum de mucilaginibus, hyſopus humida, & ſimilia. Item ad omnia iſta ualet unguentum quod ſolet fieri ad ſcabiem, ut: R. terebinthinæ bene lotæ uncias quatuor, butyri loti unc. ij. ſalis drach. i. ſucci citrangulorum, uitellorũ ouorum, ana nu. iij. olei roſ. unc. i. miſceãtur omnia ſimul & fiat unguentũ. Multa alia poſſem hic conuenientia ſcribere, ſed quia remoto morbo principali, iſta omnia facillime remouetur, iſta ſufficiant. Sed pro nocumento oris, ſi acciderit, R. roſarum alb. & rub. ana m. s. chamæmeli, ſaluiæ, ana m. i. bulliãt in uino albo, & coletur, cui colaturæ addatur aluminis uſti drach. ij. diamorõ, mellis roſ. colati ana unc. s. uini granatorũ unc. ij. miſceãtur, & lauetur os ſæpe in die, & debet eſſe uinũ una menſura & media, & loco uini poteſt poni aqua plantaginis, ſolatri, & ſcabioſæ, uel ſemperuiuæ, & poteſt addi in decoctione cãphoræ grana

ræ grana

ræ grana.v.uel philonij drach.ſ.plus aut minus ſecundum doloris exigentiam:ſed,ut dictum eſt,ab iſtis cauendum eſt narcoticis. Item ualent fruſta cucurbitæ uiridia in ore retēta,ualet etiā lauare os lacte,miſcendo cum eo aquam nenufaris & ſolatri & multa alia hic ponere poſſem,ſed quia in ore non accidet nocumentum, ſi bene & iuxta prædicta operatus fueris,ſatis dictū ſit. Supereſt nunc de modo euitandi morbum loqui.

De cautela in euitando morbum Gallicum. Caput V.

QVi Gallicum morbum euitare procurant,in primis à delictis caueant. Vnde dici ſolet,Propter peccata ueniunt aduerſa:& maxime à peccato luxuriæ cauere debet: nā dicitur Iob tertio:Luxuria ignis eſt uſq; ad conſumptionem deuorans.Et ſpirituales medici dicunt,quod diuerſæ ægritudines ueniūt propter diuerſa peccata,ut febris quotidiana propter peccatū ſuperbiæ, podagra propter pigritiam, lepra propter luxuriam, & ſic de alijs.Quum ergo iſte morbus lepræ aſſimilatur,luxuriæ attribuēdus eſt.Sed quia hæc ad alium medicum pertinent,ſatis dictū ſit. Dicamus ergo quod noſtra intereſt,ſcilicet ut caueat homo à nimia conuerſatione cum infectis,& præcipue à coitu cum infecta muliere, eſt enim hic morbus contagioſus. Vnde Auic. ſecunda primi in completo ſermone in ægritudinibus ſic ait: De ægritudinibus,quædam eſt quæ ab uno ad aliud tranſit,ſicut lepra, ſcabies,uariolæ,& febres peſtilentiales,etiam apoſtemata putrida. Cum ergo hæc ægritudo aut lepræ,aut ſcabiei conformatur,contagioſam dicere conuenit. Item cauendum eſt ab his, quæ humores malos generant,& præcipue quæ multiplicant humorem melancholicum, ut oſtenſum fuit in regimine per ſex res non naturales: & ſi contingat quod accidat nocumentum in uirga propter coitum, ſtatim remediandum eſt cum ſequenti lauanda. ℞. roris marini,ſaluiæ,chamæmeli, ana m.ſ.bulliant in uino albo, cui poſtea facta colatura addantur uini granatorum unc.ij. mellis roſ.unc.ſ.madefiat uirga ſeu locus infectus cum hac decoctione, poſtea aſpergatur deſuper talis puluis: ℞. lithargyri auri, ce-

ruſſæ, ireos, tutiæ, nucũ cupreſſi, ana drach. i. pulueriẑetur opti me & poſt lauandam ponatur: & ſi hic puluis erit nimis fortis, addatur thuris, maſticis, myrrhæ ana drach. i. Pro maiori tamen ſecuritate, cum coitum perfecerit homo uel mulier, ſe optime abſtergat circa pudibunda, cum camiſia aut alio panno lineo mũdo: & caueat à pannis ipſarum mulierum, quoniam infecti ſunt: & poſtquam ita fecerit, pro maiori adhuc ſecuritate abluet locum cum aqua calida aut uino albo. Cauendum enim eſt ab aqua frigida, quoniã ipſa materia compingit. Vnde in fricatione coitus adhæret aliqua limoſitas, ſiue humiditas in uirga, quæ eſt cauſa infectionis uirgæ & corporis. Igitur bonum erit hoc uti regimine, ut remoueatur illa infectio ſeu ſordities.

De ſolutione difficultatum quæ moueri poſſunt circa hunc morbum. Caput VI.

CLarificatio, ſi quæratur, quare hic morbus incipit à pudibundis? Dicunt quidam inepti, quod ideo eſt, quia ibi magis abundant humores corruptioni parati. Sed contrà ſi hæc ratio eſſet ſufficiens, omnes ferè ægritudines ibi haberent initiũ: ideo dicatur quod inter membra illa & morbi qualitatem talis eſt conformitas, & hoc merito talis influxus: nõ enim quodlibet agit in quodlibet, ſed determinatum in determinatum. phyſicorum primo. Sic hic morbus aptus eſt primo recipi in uirga, & deinde in collo, capite & humeris, & non in alijs locis: unde ille influxus qui fuit illis tẽporibus, capiti & uirgæ inimicabatur. Et ſi quæratur, quare terminatur per os? reſpondetur, quod hoc eſt merito argenti uiui à ſua proprietate hoc faciens, ſcilicet trahendo humores uerſus illas partes. Aut melius quod argentum uiuum ſua caliditate humores ſubtiliat & calefacit, & hoc modo aptos reddit ut per ſuperiora eos natura expellat, unde Paulus ponit ipſum calidum & humidum in quarto, cui magis adhæreo quàm Auicennæ, qui ponit frigidum in ſecundo.

Et ſi quæratur, quare os fœtet? dicendum, quod hoc eſt ab argento uiuo, cuius proprietas eſt ut faciat fœtere os fumus eius, ut Auic.

ut Auic. ſecundo canone, cap. ſuo: Et ab eo etiam prouenit dolor capitis, & nocumentum in ore, ut ex natura ſua colligitur. Accedit ad hoc humor qui eſt aduſtus, putridus, & malus, qui habet facere eadem accidentia: ideo nil mirum ſi tantus dolor: quare ſummum remedium eſt, ut quum incipit humor expelli per os, diuertatur cum medicinis per ſuperius & inferius exhibitis ad partes inferiores. Et ſi quæratur, quare aliqui quantumcunq; parati ad ægritudines melancholicas merito complexionis & mali regiminis, & coeuntes cum iſtis infectis, nõ inficiuntur? Dico, quod hoc fortaſſe eſt, quia eorum corpora ſunt magis denſa, & ex conſequenti difficulter impreſſionem recipientia magis quàm cætera, aut merito proprietatis indiuidualis, quæ diuerſa in diuerſis reperitur, ut Auic. prima primi. Et ſi quæratur, quare argentum uiuum iuuat magis quàm cæteræ medicinæ, præter diſtillationem theriacalem ſuperius deſcriptam? Dicendum, hoc eſſe à proprietate, aut melius à qualitate manifeſta, quia calidum & humidum in ultimo, & morbus frigidus & ſiccus. Quod autem ſit morbus frigidus & ſiccus, perſuadetur primo, quia ſaturninus, ut oſtenſum eſt. Secundo, quia compertum eſt humida iuuamentum præſtare & calida. Item quia ſimilitudinem habet cum lepra, quæ eſt morbus frigidus & ſiccus, & cum alijs melancholicis morbis. Itẽ quia ægritudo longa: unde Auic. prima tertij, tractatu ſecundo, cap. ultimo: Aegritudo cuius tempus prolongatum eſt, eſt frigida ſecundum omnem diſpoſitionem. Et confirmatur, quia raro uidemus iſtam materiam putrefieri, & cauſare febrẽ: unde Galenus: Nullius rei proprietas eſt ut putrefiat ex frigido, neq; ex ſicco. ſecundo de complexionibus. Quare dicẽdum eſt, hoc eſſe propterea, quia frigida & ſicca ægritudo. Et ſi quæratur, quare ſæpe accidit, ut remedia aliqua uideantur in principio cõferre, ſed poſtquam continuãtur, non perſeuerat iuuamentum? Dicendum, hoc eſſe duplici de cauſa, quarum una ex parte naturæ, alia ex parte ægritudinis. Ex parte naturæ, quia in continuatione faſtiditur, & in renouatione gaudet. Alia eſt ex parte morbi, quia

etſi in principio remedium cõtrarietur morbo, in proceſſu ceſſat contrarietas propter aſſuefactionem, & ideo ait Auicenna, ab ipſo quod conſuetum eſt non fit paſſio. quarta primi. Vnde uidemus aliqua animalia in prima obuiatione eſſe contraria & inimica, ſed poſtquam aſſueſit eorum cõuerſatio: ceſſat illa inimicitia, & tunc domeſticantur, & ceſſat inter ipſa actio ſiue pugna. Pariter iudicandum eſt hoc inter qualitates eſſe. Et ſi dicatur contrà, quia agente debite approximato, & paſſo bene diſpoſito &c. de neceſſitate ſequitur actio. Reſpondetur, quod in hoc caſu bene ſequitur actio: ſed adeò pauca quod nullius eſt momenti. Aut dicitur, quod propter aſſuefactionem ceſſat diſpoſitio in patiente, ex quo ſequitur, quod permutatio medicinarum, dummodo non egrediantur propoſitum, maximæ utilitatis eſt, ut Auicenna allegato loco. Et ſi quæratur, utrum phlebotomia ſit conueniens? Dico, quod in principio, & antequam materia ſit exparſa ad loca doloris, ex quo ipſa eſt in uenis & ſanguini mixta, maxime ſi etiam neque fuerit exparſa ad cutim, ipſa eſt conueniens, ſi partitularia conueniunt, in proceſſu autem non conuenit, niſi factis uel applicatis unctionibus & alijs medicaminibus, quoniam cum natura tentauit expellere humores, adiuta à medicinis, permiſcuit cum ſanguine aliquid de ipſis: quare ad minus uentoſæ non uituperantur: ſed hoc cum cautela, ne humores frigidi magis incrudentur, aut calidi magis inflammentur, iuxta Auic. quarta primi, Caue ne ægrum ad unam duarum perducas rerum aut humorum cholericorum ebulitionem, aut frigidorum cruditatem. In hoc antem caſu magis timetur cruditas quàm ebulitio, & ideo raro conueniens eſt, & expertum eſt multis nocuiſſe potius quàm iuuaſſe. Et ſi quæratur, dolores qui fiunt, qualiter appellari debent? Dico, quod ut plurimum extenſiui. Vnde Auicenna, Doloris extenſiui cauſa eſt uentoſitas, aut humor qui neruum aut muſculum extendit, ac ſi ipſum ad ſuas trahat extremitates. ſecunda primi. Nec uerum eſt quod quidam exiſtimant, quod hic dolor ſit frangitiuus, quia iudicant hanc materiam eſſe inter oſſa & panniculum, fundantes

ſe in

ſe in dicto Auicē. Cauſa doloris frangitiui eſt aut uentoſitas quæ interponitur inter os & panniculum qui tegit ipſum. Et non loquitur Auic. de panniculo immediate tegente os, quia ille inſenſibilis eſt, ſed loquitur de illis qui non immediate adhærent oſſi, ſicut panniculus tegens coſtas, aut craneum, & huiuſmodi, quare cum in illis locis non ſtat hic dolor, non debet ſic appellari. Et ſi quæratur, puſtulæ quæ fiunt in hoc morbo, quibus puſtulis magis proportionantur? Dico quod illis quæ uocantur aſafati ab Auic. qui ſic ait: Aſafati eſt ſumma bothor ulceroſarum, Fen. vij. quarti can. c. de aſafati. Tamen ſæpe accidunt puſtulæ, quæ alijs aßimilantnr ut quæ aßimilantur nodis, fiſtulis, cancris, eſſere formicæ, & alijs ferè omnibus, ut conſideranti patet. Sed quia nominum diſputatio non pertinet medico: ut Auicen. i. primi: doctrina ſexta. v. c. in hoc ſermonem prolongare non intendo, quemadmodum alij qui ignorantes eſſentiam morbi & cauſas ipſius, & ex conſequenti curam, non niſi de nominibus fecerunt mentionem, quorum opus quare fuerit impreſſum, cōprehēdere nequeo.

Et ſi queratur, quare dolores augētur in ſecunda aut tertia die unctionis? Reſpondetur, quod tum humores mouentur, tum quia ſubtiliātur in ſanatione ſeu digeſtiōe quæ fit merito unctionis, iuxta Aphoriſmum ſecundæ particulæ, In generatione ſaniei febres & dolores fiunt magis quàm facta ſanie. Et ideo optimum & ſingulare ſecretum eſt, eo tunc adminiſtrare ſolutiuum, ut antequam humor per os expellatur, per deorſum euacuetur, & ſic nocumētum in ore euitatur, ut ego ſæpius expertus ſum. Aut ſi puſtulas ſeu plagas ulceroſas habuerit, ibi attrahentia ponantur, ut humor inde euacuetur, & ab ore diuertatur: Ex quo infertur, quod uerior eſt opinio quæ dicit argētum uiuum eſſe calidum, quàm quæ dicit eſſe frigidum. quum ratione ipſius humor ſubtilietur, & ponatur in motu, ut oſtenditur. Sed contrà ait ſtudioſus iuuenis Vincentius Aiax Siculus, Argentum uiuum cauſat ægritudines frigidas, ut epilepſiam, paralyſim, & huiuſmodi, ut Auic. ſecundo canon. & alij, ergo frigidum, quia ſimile non niſi a ſimili generatur: ut

tur, ut habetur in Phyſ. Ad quod reſpondetur, quod uerum eſſet ſi de per ſe cauſaret has ægritudines, ſed has cauſat per accidens, ſcilicet debilitando, quum ſit contrarium cerebro & neruis ratione complexionis, quia calidum & humidum, & naturalis complexio iuuatur ſuo ſimili, & læditur contrario; iuxta tertio techni, Calidiora calidioribus indigent adiutorijs, Quare ob debilitatem humores frigidos generant, & eos faciliter recipiunt, cerebrum ipſum dico & nerui: & ſic clare patet ſolutio, quia non inconuenit quod aliquid generet ab eo diuerſum per accidens, ut frigidum calidum, & calidum frigidum, & ſic de alijs.

Item quæſitum fuit à quodam acutiſſimo iuuenè Franciſco de Carmino, utrum argentum uiuum ſit conueniens in hac ægritudine, quum ſecundum mentem omnium autorum inimicatur neruis, & hæc ægritudo pro maiori parte eſt in neruis. Item ait ipſe, Fama quam omnes famant non omnino uana. ſeptimo Ethicorum. Sed omnes ferè dicunt argentum uiuum eſſe contrarium, & unctiones propterea uituperant, igitur &c. Ad quæ per me reſponſum fuit, quod argentum uiuum eſt conueniens propter rationes ſuperius dictas. Sed ad primum argumentum dico, quod licet habeat in ſe aliquod nocumentum, tamen poſtquam corrigitur, ut oſtenditur ſuo loco, non eſt tantum quin ſit multo maius iuuamentum, uel poſſet dici, quod ideo argentum uiuum eſt contrarium neruis, quia eius complexio eſt contraria complexioni naturali neruorum, & ita in ſanitate noceret ipſis neruis: ſed quia nerui ſunt diſcraſiati ad frigidum & ſiccum, & per argentum uiuum remouetur illa diſcraſia, donec reuertantur ad ſuam eucraſiam, ideo poſſet dici quod abſolute eſt conueniens: unde aliqua in ægritudine conueniunt, quæ in ſanitate diſconuenirent, & traherent corpus ad lapſum præternaturalem. Ad ſecundam rationem dico, quod notanter ait Ariſt. non omnino uana, quia non uult quod nullo modo ſit uera, habet enim aliquid ueritatis. Pro quanto argentum uiuum, ut probatum eſt,

habet

habet aliquid nocumenti, non tamen propter hoc eſt prohibendum ex toto, & maxime correctum, ait enim Galenus xi. de ingenio ſanitatis, difficillimum eſt inuenire aliquod auxiliorum, quod nihil nocens conferat. Item fuit quæſitum ab alio, quare dolores magis multiplicantur in iuncturis, quam in alijs alis locis, cum ex motu deberent magis reſolui? & fuit ſubtilis iuuenis Iacobus Roger. Ad quod reſponſum eſt, quod magis facit uacuitas ad aggregandum, quàm motus ad reſoluendum, unde Auicen. ſecunda Fen, primi canonis, Amplitudo quæ eſt apud iuncturam, eſt apta ut materia ad ipſam deſcendat.

De explanatione arboris ſignorum. Caput VII.

OMne ſignum ægritudinis aut ſumitur à re non naturali, aut à re naturali, aut à re præter naturam. A re non naturali, ut in quo aëre ſtetit infirmus, quibus cibarijs, quo potu uſus ſit, quo exercitio, quo ſomno, qua uigilia, & ſic de alijs. A re naturali, ut cuius ætatis ſit infirmus, qualis ſit eius conſuetudo, qualis ars, qualis uirtus, qualis complexio, & huiuſmodi, A re præter naturam tripliciter, ab operatione læſa, qualitate mutata, ab exeunte mutato. Ab operatiõe læſa tripliciter, aut animali, uitali, aut naturali. Ab animali dupliciter, motiua & ſenſitiua. Senſitiua dupliciter, interiori & exteriori. Exemplũ de motiua, ut qualiter poßit moueri ſecundũ totum & ſecundũ membra. Exemplũ de ſenſitiua exteriori, ut qualiter uideat, audiat, olfaciat, tangat, utputa quem dolorem percipiat, quem ſaporem in ore ſentiat. Exẽplum de ſenſitiua interiori, ut quales habeat imaginationes, quale iudicium, qualem memoriã, qualia ſomnia. Exemplum de uitali, ut qualem pulſum, qualem anhelitum habeat. De animæ paßionibus in ſex rebus non naturalibus fiat inquiſitio. Si ſumitur à naturali operatione, hoc dupliciter: aut ab operatione uirtutum miniſtrantium, aut miniſtratarum. Exemplum primi, ut qualiter appetat, retineat, digerat, attrahat, atq; expellat, puta egerat, urinet, menſtrua habeat, coëat, ſub re non naturali comprehendatur.

Exemplum

Exemplum de adminiſtratis,ut qualiter nutriatur,& de omnibus iſtis operationibus inueſtigando an ſit diminuta,an ablata,an corrupta operatio. A qualitate mutata,ut qualis ſit odor anhelitus infirmi,qualis ſudoris,qualis uulneris,ulceris,aut ſaniei: qualis ſit etiam color linguæ,oculorum,& totius corporis,qualis humiditas,qualis ſiccitas &c. aſperitas,lenitas durities,mollities linguæ, uentris,& totius corporis. Ab exeunte mutato, ut quantæ & quales ſint ſuperfluitas oculorum,narium, aurium palati: qualis ſit uomitus,& quantus,ac etiam eructatio,qualis item urina,egeſtiones,capitis ſubaſſellarum pedumq; ſordities,& totius corporis ſudor. Halices,oſcitationes,nauſea,ſubuerſio,ad naturales operationes expulſiuas reduci poſſunt,quia à natura tentante expellere fiunt: unde ſigno ſanguinis iſta ſunt. A re non naturali, quia uſus eſt regimine multiplicante ſanguinem,ut quia utitur arte gaudioſa,ſicut cãtator,aut hiſtrio,uel quia utitur cibis multiplicantibus ſanguinem & potibus,ut ſunt oua ſorbilia, teſticuli gallorum,uinum optimum,& huiuſmodi. A re naturali,quia carnoſus,complexionis ſanguineæ,adoleſcens ſeu iuuenis,& ſimilia. A re præter naturam,& primo ab operatione læſa,grauitas in origine oculorum & capitis,& temporum pulſatio,halices,oſcitationes,nauſea,dormitatio multa,& profunda ſenſuum turbatio. tarditas in cogitando, laſſitudo membrorum abſq; labore,pulſus magnitudo,uelocitas & frequentia,repletio uaſorum ſiue uenæ ſiue arteriæ fuerint. A qualitate mutata,rubedo in toto corpore, & maxime in uenis oculorum,repletio ipſarũ,bothor in ore. Ab exeunte mutato,urina rubea groſſa,aut rubea obſcura,aut rubea roſſea. In egeſtionibus non apparet ſignum: ſputum eſt dulce,aliquando ſanguini mixtum: exitus ſanguinis per nares,aliquando à gingiuis,aut menſtrua uel hæmorrhoides,uel per alia loca: ſudor fœtidus ſicut hirci,etiam multus: puſtulæ ſanguineæ: & his additur,quia patiens ſomniat ſe uidere res rubeas, ſanguinem fluere, natare in eo. Vnde quarto Colliget recitatur de Galeno,quod præceperat phlebotomari quendam qui ſomniauit in dolio ſan-

guinis balneari, alij uero nolentes iniunxerunt ſibi exercitium, & mortuus eſt.

Signa choleræ à re non naturali, quia uſus exercitio forti ſtetit in aëre calido, uſus eſt cibarijs calidis & ſiccis choleram multiplicantibus &c. A re naturali, quia iuuenis, cholericus, & huiuſmodi. A re præter naturam, & primo ab operatiõe læſa, quia habet infirmus ſitim multam, inquietudinem, dolorem in parte dextra frontis, & uehementia lucis ei nocet, & quandoq; habet famem ſincopalem, debilitas appetitus, nauſea, horripilatio ad modum puncturæ acuum, furor, mordicatio uehemens in exitu fecum, ſimiliter & urinæ, pulſus uelocitas cum duritiæ, & tenſione. Hic poteſt conſequenter poni de ſomnijs, quia potius attinet actioni læſæ, ut quia uidet res citrinas igneas, quod facit rixas, & aliquando ſomniat ſe uolare. A qualitate mutata, ut citrinitas faciei, & totius corporis, oculorum citrinitas, ſicut accidit in icteritia, oris amaritudo, linguæ ſiccitas & aſperitas, narium ariditas. Ab exeunte mutato, urina rufa, citrangularis, ignea, crocea, egeſtiones croceæ, ſputum amarum, uomitus cholericus uiridis uel croceus & amarus, humiditas narium & oculorum acuta, cholerica & pauca, aurium uero multa.

Signa phlegmatis à re nõ naturali, ut cibi repletio, ociũ, ſomni prolixitas &c. A re naturali, ut quia cõplexionis phlegmaticæ, piſcator, pinguis, & huiuſmodi. A re præter naturam, & primo ab actione læſa, paucitas ſitis, niſi ubi fuerit phlegma ſalſum, debilitas digeſtiuæ etiã in tempore ſanitatis, oxyregmia, ſomnus multus, pigritia, ocioſitas, membrorum laxitas, põderoſitas oculorũ, obliuio, dolor in poſteriori parte capitis, uertigo, ſcotoma, caſus appetitus, appetitus acutorũ & acrium, nauſea, eructatio, dolor grauatiuus, frigiditas, in capite & ſtomacho percepta eius notabilis læſio, ibi enim multum aggregatur de phlegmate, ut Auicen. decima tertia tertij, & Meſ. in de appropriatis: raritas, tarditas, & lenitas pulſus. A qualitate mutate, frigiditas, percepta, color albus in facie & corpore, ſuperfluẽs albedo linguæ, mollities eius

ſuperflue

ſupflua,ſqualiditas corporis,tumor etiã faciei cũ mollitie. Ab exeũte mutato,urina alba,diſcolorata,palearis uel ſubcitrina,egeſtiones phlegmaticæ,albæ,uiſcoſæ,ſeu mucoſæ,aquoſæ,& hmõi:ſputũ uiſcoſum,aquoſum,multiplicatio ſaliuæ nõ amaræ,ſed põticæ,multitudo ſupfluitatis egreſſæ p nares & palatũ,& additur ſomniare aquas,niues,pluuias, & hmõi,q̃ ad opatiões læſas reduci poſſunt.

Signa melancholiæ,primo a re non naturali,ut quia uſus eſt nimia cogitatione,ſolicitudine, timore,&c.puta cibis melãcholicis, & huiuſmodi. A re naturali,quia complexionis melancholicæ,& conſuetus incurrere ægritudines melancholicas, & ſimilia. A re præter naturã, & primo ab actione læſa,quia in capite ſentitur grauitas, & magis in parte ſiniſtra, ardor oris,ſtomachi deſideriũ corruptũ,& aliquando caninũ,uigiliæ multæ,ſolitudo multa, læſio ſeu ægritudo ſplenis,ut dolor,& grauitas ſeu durities, taciturnitas,cogitationes multæ,fletus ſeu uoluntas flendi,fixio aſpectus,rugitus,pigritia,tenſio hypochrondiorũ, paucitas ſomni,ſi nõ fuerit cũ phlegmate acredo, uel acetoſitas oris,prauitas pulſus cũ duritie,corporis extenuatio. A qualitate mutata, fuſcedo in corpore apparẽs ſeu nigredo, corporis piloſitas,morphæa nigra,& eſt fortiſſimũ ſignũ,ut Auerrois iiij.Col.in palpebra inferiori,oculi maxime nigredo,& limpitudo in eis. Ab exeũte mutato,urina nigra uel ſubnigra,ad obſcuritatẽ tendẽs, uiridis, liuida, nigredo egeſtionũ ſeu fuſcedo,paucitas ſputi,acredo eius,eructationes acetoſæ,ſanguis niger & coagulatus ſi exiuerit. Sõnia ſunt multũ terrorem inferẽtia. Etiã poteſt addi à iuuantibus & nocẽtibus. Notandũ tamen quod ea tria quæ Galenus ponit genera ſignorũ,ſcilicet à ſubſtãtialiter inhærẽtibus,à caſibus & operationibus,ad iſta tria reduci poſſunt,uel iſta tria ad illa:& ſi hic ponatur,ut in arbore apparet,à re naturali & nõ naturali,à iuuantibus etiã & nocentibus quod poni poſſet. Omnia tamen ad illa tria Galeni reduci poſſunt ut patet recte conſideranti.

IOANNIS ALMENAR HISPANI MEDICI, DE CVRA MORBI GALLICI FINIS.

Nicolai

NICOLAI MASSAE MEDICI VENETI DE MORBO NEAPOLITANO LIBER PRIMVS.

Procœmium libri primi, in quo nomẽ morbi Neapolitani declaratur. Caput I.

ADiutor meus & protector meus eſto domine, Scripturus de morbo Neapolitano, pro bono uniuerſali, in quo proximorũ ſalus continetur, rogo fratres, ut benigne uerba mea audiant, ex eis enim multa bona accipiẽt, quæ & ego ab alijs accepi, & diu laborans in ſanãdis ægris, legendisq; antiquis & modernis autoribus, experiẽtia & ratione didici, tam de morbi huius eſſentia, quàm de curatione. Et quoniam, ut inquit Galenus vij. de morbis curandis, in principio apud uulgum fama non paruum impedimentum doctis eſt, non alia de cauſa hoc opuſculum compoſui, niſi charitate erga ægros, & nouos medẽtes motus non cupiditate gloriæ, quæ Deo optimo maximo attribuatur. Ideoq; iterum rogo fratres poſt me ſcribentes, ſi quid melius in hac ægritudine inuenerint, ſcribant & addant: quoniam ſi hoc nõ fuerit complementum, erit tamen materia complendi.

Et quia apud Ariſt. poſteriorum primo, cognitio quid nominis præcedit cognitionem quid rei, idcirco in primis talis ſit nominis morbi Neapolitani declaratio. Morbus Neapolitanus eſt ægritudo nobis noua, in qua ſepiſſime apparent puſtulæ diuerſæ, & aliæ infectiões cutaneæ, & dolores membrorum, & apoſtemata dura, & ulcera maligna, & in aliquibus ſunt omnia, & in aliquibus non, ſed ſunt, puſtulæ tantum, aut infectiones, aut dolores tantum, aut apoſtemata tantum: uel ſunt puſtulæ cum doloribus, aut dolores cum apoſtematibus, uel tum ulceribus, quæ fiunt a puſtulis, aut apoſtematibus, ut dixit Auic. quarta quarti. Cauſam autem diuerſitatis iſtorum dicam poſt.

Nomen

Nomen tamen hoc, eſt nomen uulgi, eò, quia quando priores homines paßi ſunt hanc in Italia ægritudinem, rex Gallorum Neapolim Italiæ urbem occupabat. Et fuit anno domini MCCCCXCIIII. *Et cum conſuetudo iam inualuit ſic nominare hanc ægritudinē, ego ſub hoc nomine ipſam declarabo, ut nobis ſic nominare aſſuetis nihil ignotū ſit. Sed antequam eius completam ponam deſcriptionē, ad eius declarationem quæ ſequentur audies.*

Quod non ſolum per contactum coitus, ſed per alios contactus, & per intrinſecam alterationem fit morbus Neapolitanus. Caput II.

QVoniam ſcribentes doctißimi, & etiam medentes, in tam mala & difficili ægritudine diuerſa afferunt, & in eſſentia morbi, & in minera, longe inter ſe dißentientes: ideo utilißimum fore duxi, ſi aliquid de minera & baſi iſtius morbi dixero. Et in primis uiſum eſt aliquibus, quod omnes qui tali morbo laborant, per contagionem coitus infecti ſic ægrotarūt. Sed hoc eſt contra experimentum: bene tamen conceditur, quod ægritudo eſt contagioſa, & multi per tontagionem coitus inficiuntur, non tamen eſt dicendum quod omnes qui ſunt infecti, per pudendas partes, tam maris quam fœmellæ, infecti ſint, & ibi ſit baſis & minera iſtius ægritudinis, cum multi laborent & laborarunt tali ægritudine, qui nunquam in uirili membro, aut in uulua quicquam paßi ſunt, & nihilominus omnes ferè ægrotabant partes corporis, ut in multis uidi qui erant infecti ulceribus, doloribus, apoſtematibus, & puſtulis, quorum pudendum nihil patiebatur. Quod ſi uerum eſſet quod dicunt, cum in pudendis putreſcant magis humores, ut ipſi dicunt, & eſt ueritas ob loci diſpoſitionem, quoniā ſunt membra humida, & uia ducens ſuperfluitates, ut ait Galenus V. *therapeutices, ipſa pudenda magis læderentur. Neq; ualet dicere, quod iſte humor dum eſt mordax, ulcerat, & quando nō eſt, occulte procedit: & ſic inficit totum corpus, obſcœnum non inficiens, quoniam ſi inficit loca alia corporis minus præparata ad putredinem, deberet etiā inficere & locum magis præparatum.*

Sedes & pudenda duabus potißimū rationibus putredini obnoxia.

Sed

Sed quid dicemus de pueris non lactentibus? Tres hoc anno curaui pueros: unum ætate trium annorum, alterum ætate ſex annorum, & erat puella, tertium undecim annorum, iſti non ſumpſerunt lac infectum: quod (ut dicunt) fit ex ſanguine infecto: à matrice ad mamillas à natura tranſmiſſo &c. neq; coiuerunt, cum nõ ſint potentes ad coitum: & multa alia exempla, quæ breuitatis gratia dimitto. Dico ergo, quod ut in alijs euenit ægritudinibus contagioſis, aliquando fit iſta ægritudo ab intrinſeca alteratione, & ſæpiſsime ab extrinſeca contagione, quæ quidem contagio eſt per exhalationem malorum uaporum, ab una enim quaq; ægritudine materiali malus uapor exhalat, ut dixit Galenus, & ſcribitur à Conciliatore ſeptima particula probl. Et cum ægritudo iſta ſit materialis toti corpori communicata, inde eſt quod uapores eleuati à quacunq; parte corporis poſſunt inficere alium, maxime ſi ille ſit præparatus ad talem infectionem, quoniam, ut inquit Ariſtoteles .ij. de anima, actus actiuorum fit in patiente bene diſpoſito, & etiam per aërem per os inſpiratum, & aliquos alios contactus, aut cibi & potus: aut ueſtimentorum, ut uidi multos, & curaui inter alios amicum meum qui per contactum linteaminis, in quo dormierat quidam, qui habebat ulcus Neapolitanum in crure, & dormiuit in illis per noctem unam, captus fuit, & multi alij &c. Habet etiam morbus iſte duo quæ ſunt requiſita in contagione, & ſunt uiſcoſitas adhærẽs, & fixio propter malam qualitatem materiæ &c. Quomodo autem corpus intrinſece altere tur, medicis notum eſt. & ex dicendis apparebit: quare ne iſtis plus quàm par ſit immorer, pro modo contagionis hæc ſufficiant: & de morbi minera dicam.

De minera morbi & modo contagionis. Caput III.

MElius eſt dicere cum illis qui dicunt, quod minera morbi Neapolitani eſt hepar, cum hepar, ut dicit Princeps prima primi, cap. de generatione humorum, ſit membrũ generatiuum maſſæ humoralis, & per bonum temperamentum boni humores generantur, & per non bonum, mali. Præterea ab

ipſo hepate procedunt uirtutes omnes naturales pro nutricatio‑ne,& per omnes corporis partes demandantur, ut ſcribitur ab ipſo Auic. ſumma de uirtutibus, cap. ij. in qua ponit defectus uirtutis naturalis, dando exemplum de atrophia, & hydropiſi carnoſa, & albaras, & morphea, qui quidem defectus ſunt ſecundū trium operationū defectus ipſius uirtutis, quod facile poteſt adaptari ad propoſitum, & maxime ultimum exemplum de albaras & morphea, cum ſint ægritudines cutaneæ diuerſæ, ſecundum diuerſitatem admixtionis, ut dixit Princeps, ſeptima quarti, cap. de morphea, quamuis non eſt idem cum morbo iſto, tamen minera morpheæ eſt hepar, hoc etiam atteſtante Auenzoar, ſecundo theyſir, cap. de morphea, dicit ibi: Cauſa huius eſt debilitas mutatiua hepatis, ex qua corrūpitur mutatio in alijs membris. Et quāuis hepar taliter ſit infectum ut generet materiam morbi Neapolitani, non propter hoc eſt neceſſarium in alijs operationibus deficere, cum operationes non niſi à diuerſis prodeant temperamentis, ut dixit Galenus ſexto de accidenti & morbo, cap. iij. Sed fortè ſi quis quærat, quomodo per contagionem, puta potus, aut ueſtimentorum, uel quouis aliorum modorum, fiat in hepate iſta mala diſpoſitio, hoc facile eſt declarare, ſi quis ſcorpionis exemplum à Galeno iij. de interioribus, capite vij. legat: quia particula aliqua corporis infecta, poteſt aliam particulā inficere, & alia aliam, uſq; ad hepar, quod poſtea ſic infectum per generationem nouæ materiæ fouet ægritudinem, & diuturnam ſiue chronicam ipſam facit. Et notare oportet quod cauſa recidiuatiōis in his qui fuerunt curati, ſæpiſſime eſt, quia aliqua minima, aut notabilis particula, quæ non fuit euacuata, aut à uirtute rectificata, de nouo ſerpit, & propinquas partes inficit, & illæ alias partes inficiunt, uſque ad ſuam mineram, quæ eſt hepar, & iſti in deteriorē cadunt diſpoſitionē, ut experientia docet, & ab Auicenna habetur, prima quarti cap. ultimo, ubi inquit, Recidiua eſt deterior ſua radice, & ſecundum plurimum eſt ſæua. Sic etiam cauſatur egritudo iſta ab alteratione intrinſeca, cū poſſibilitas ſit res ampla, ut teſtatur

idem

idem Auicenna, concurrentibus aliquibus diſpoſitionibus corpo ris, & regimine in cibo & potu, & alijs rebus non naturalibus, ducentibus corpus ad talem infrigidationem. Concurrentibusq; cauſis terreſtribus & ſupercæleſtibus fiunt ægritudines, ut idem atteſtatur quarta primi, de febre peſtilentiali. Et cur ſæpiſſime & magis in coitu hoc fiat ſenſus declarat, cum pudenda ſint poroſa, mollia, in quibus facile imprimitur & etiam defertur talis contagio uſq; ad hepar, & in aliquibus fit cito, in aliquibus cũ lõgitudine temporis ſecundum maiorem & minorem uirtutem inficientis, & reſiſtentiam ſuſcipientis talem infectionem. Fouet etiam aliquãdo malam iſtam hepatis qualitatem membrum aliquod debile, aut plura membra non naturaliter diſpoſita, ut puta ſtomachus debilis non debite præparatus, aut ſplen non mundificans, aut renes, uel etiam cerebrum, quod membrum ſæpe fouet ægritudinẽ. Et hinc eſt quod aliqui decipiuntur, credentes quod origo morbi ſit mẽbrum aliud ab hepate debilitatũ. Sed iſta dicta pro mineræ morbi declaratiõe ſatis ſint. De humore qui baſis huius eſt ægritudinis audies.

De humore prædominante, ſiue de baſi morbi & modo generationis ipſius, Caput IIII.

N*On minores ac difficiliores de humore q̃ baſis dicitur huius ægritudinis, quãplurimorum doctiſſimorum doctorũ ſunt opiniones, quas ne nimis prolixus ſit ſermo iſte, dimitto. Et dico, q̃d baſis morbi Neapolitani eſt humor phlegmaticus nõ naturalis, à tali mala qualitate frigida, cũ aliquali ſiccitate cõdenſante ipſam materiam, & hoc eſt clarum, cum uirtutes per operationes cognoſcantur, ut dicit Auicen. ſumma de uirtutibus, generatur enĩ phlegma naturale à frigiditate hepatis, ut idẽ atteſtatur Auic. prima primi, ſed nõ à frigiditate ſimpliciter, ſed à diminuta caliditate, & ſic phlegma dicitur ſanguis diminute decoctus, & hoc, ut ipſe dicit, eſt aptũ aliquãdo cõuerti in ſanguinẽ, & facere nutrimentum, & tranſit etiã cum ſanguine ad nutrienda membra phlegmatica, & iuncturas humectãdas. Et cum hoc phlegma ſit naturale*

non cauſat ægritudinem iſtam, ut quidam dicunt, niſi quantitate ſua faceret aliquam ſimilitudinem pinguedinis, ut contingit in ſenibus & mulieribus: uel putreſcendo faceret febrem, uel apoſtema non putreſcendo: quod ſi fiunt, non ſunt ita maligna ut eſt morbus iſte. Melius eſt ergo dicere, ſtante fundamento Principis, quod uirtutes per operationes cognoſcuntur, & effectus arguit cauſam: neq; decipior in hoc de effectu accidentali à contraria cauſa. Et ideo ab intrinſeca alteratione concurrentibus cauſis ſuperius dictis, uel à contagione coitus, uel quouis alio modo fit aliqualis caloris hepatis diminutio, quæ non tollit generationem ſanguinis, cum diuerſæ operationes diuerſis indigeant temperamentis, ut dixit Galenus loco allegato: & ita multiplicat phlegma cum gradu frigiditatis ultra naturalem curſum, & aliquali ſiccitate condenſante, addita à tali forma qualitate occulta. Et cum phlegma demandatum per totum corpus ſit aliquantiſper infrigidatũ, infrigidat et inficit etiam ſanguinẽ, & ſpiritus ab ipſo hepate genitos, ita quod non ſufficit pro totali appoſitione, & ſimilatione nutrimenti, ut clariſſime apparet in patientibus morbum Neapolitanum, qui in dies macreſcũt, & male nutriuntur, & hoc propter multitudinem phlegmatis non naturalis, & diuerſam quãdam admixtionem quæ uix cognoſci poteſt, & aliqualem ſpiritus infrigidationem, ſanguinisq; alterationem, ut dixi. Non tamen propter hoc quod aliquis humor, ſiue ſit ſimplex, ſiue mixtus, ſit frigidus reſpectu ſuiipſius naturaliter diſpoſiti, tollitur, quin habeãt partes calidas, cum ſit mixtum ex quatuor elemẽtis, eo quod corpus: & etiam euaporando ſecum ducat talem frigidam qualitatem cũ corpore aliquo uaporoſo, & ſic inficiat alias partes uſque ad principale membrum. Et ideo recidiuantes, aut male ſe habentes in regimine ſex rerum non naturalium, ob longitudinem ægritudinis cum totius corporis debilitate non ſolum inficiunt hepar, ſed etiam ſpiritus cordis, ita quod qui taliter cordis ſpiritus habent infectos, aut nunquam ſanantur, aut cum maxima difficultate, qui pati uidentur ethicam ſenectutis ob pulſus debilitatem cum

duritie,

duritie, & alijs conditionibus, aut maraſmum, ſiue conſumptionẽ totius corporis, ut ſenſu apparet in multis quos uidi, & omnes uiderunt. Et aliquãdo propter additam corruptionem hepatis, uirtutis & membrorum, in tali ægritudine iſti fiunt cacetici & hydropici: & ratio huius patet. Neque propter hoc poteſt dici, quod baſis ſit humor melancholicus, niſi accipiendo melancholiam largo modo pro humore alterato, alteratione mala diuerſa. Quod autem materia ſiue baſis dicta ſit phlegmaticus humor, ſenſus qui non decipitur in proprio obiecto, ut dicit Ariſtoteles .ij. de anima declarat. Ego ſæpe ſtudioſe aperui puſtulas dicti morbi, & quamuis extra apparebant rubicundæ, uel alterius coloris, apertis tamen baſis & fundus quædam materia alba, denſa, uiſcoſa, quæ nil aliud quàm phlegma ex quatuor humoribus dici poteſt. Hanc eandem materiam uidimus quotidie in apoſtematibus duris, quas uulgares grumas appellant: nam quando inciduntur, aut ex ſe rumpuntur, ſunt plena materiæ albæ, uiſcoſæ, & aliquando cũ liuiditate, quandoq; uero cũ rubedine aliqua, ſecundum diuerſam admixtionem. Vidi etiam ſæpiſſime in anatomijs corporũ mortuorum, patientium dum uiuerent morbum Neapolitanum cum doloribus, multam qualitatem materiæ albæ uiſcoſæ, in locis ubi erant dolores: quæ quandoque uidi ipſam duram, & aliquando molliorem: Vt in anatomizato M. D. XXIIII. qui laborabat tali morbo cum doloribus crurum, ut affirmabant eorum uicini: & hoc in locis dolorum quando fuerunt inciſa, inuenta eſt iſta materia alba, uiſcoſa, quæ adhærebat panniculo cooperienti crus, & in multis alijs iũcturis, & prope ipſas reperi quãtitatem maximam iſtius materiæ albæ uiſcoſæ: quare ſecundum materiam & colorem & alia conſequentia, oportet dicere, uelimus nolimus, iſtam eſſe materiam phlegmaticam, ſecundum ipſius baſim. Dico hoc propter alterationes, & diuerſas admixtiones in tali morbo repertas, quæ ſæpe mutant aliquantiſper multum colorem & ſubſtãtiam materiæ. Contingit quandoq; particulam aliquam aut iſtius materiæ notabilem quantitatem putreſieri, &

Maraſmũ id eſt, ſenilem ariditatem.

BIBLIOTE

hoc ſecundum diſpoſitionem patientis & regimen, ex qua putrefactione febricula quædam iſtis accidit quæ ephemera dici poteſt. Et maior & minor, uel alia erit febris ſecundum quantitatem materiæ, & aliqualẽ admixtionem aliorum humorum cũ iſto. Quod ſi cum admixtione choleræ, exaſperatur de tertio in tertium diẽ. Et ſi cum admixtione aliorum humorum, ſecundum naturam humoris erit periodicatio & diuerſitas febris: & ſic à caliditate febrili contingit iſtam materiam alterari, & exiccari, & aliquando à caliditate innata membri que non poteſt eam ex toto reſoluere, exiccat ipſam, & ſic fit durior ſiue terreſtrior. Et diuerſæ aliæ poſſunt accidere mutationes ſecundum diuerſas cauſas, quod erit ex diuerſitate admixtionum & membrorũ & totius corporis alterationum. Ex quibus apparet, quod materia quæ baſis dicitur, accidentaliter tamẽ poteſt dici & calida, & frigida, & etiã melancholica, ut patet &c. His ergo declaratis, ne nimis ſit tædioſus ſermo iſte, unde diſceßi reuertar, & definitionem iſtius morbi deſcribam.

De morbi Neapolitani definitione, vnà cum reſolutione nonnullorum problematum.

Caput V.

Morbus itaq; Neapolitanus eſt diſpoſitio mala hepatis ad frigiditatem & aliqualem ſiccitatem, cũ qualitate occulta per uenas & poroſitates toti corpori communicata: & eſt contagioſa, cum qua fiunt ſæpiſſime puſtulæ malæ per totũ corpus, uel in aliquibus membris, & in quampluribus apparent, in primis in capite & fronte circa originem capillorum, & in uirga, & in uulua, in illis qui per coitum inficiuntur, & hoc fit ſi materia mala fuerit ſubtilis, & uirtus expulſiua fortis. Quæ quidem puſtulæ ſunt diuerſæ, ſecundum humorum diuerſorum admixtionem: nam purus humor raro datur, ut ſæpe dixit Auicẽna, & Galenus primo de accidenti & morbo cap. xij. imò tãta eſt diuerſitas mixtionis ut occulta ferè dici poteſt, ſemper tamẽ de aliquo prædominante humore in mixto eſt iudicium. Quare cum puſtulis materia

admixta

admixta eſt ſanguinea, apparent rubeæ, eleuatæ, magnæ, tumidæ, & humidæ. q̄d ſi cū admixtione choleræ fuerint, ſunt rubicundio-res, ſine magno tumore, cum pruritu & ſiccitate. quod ſi cū ad-mixtione fuerint humoris melancholici, erunt puſtulæ prauæ, liui-dæ, oſtracoſæ, ſine ſanie ad modum eſſare, quæ non occultantur. Quod ſi materia fuerit ſimplex phlegmatica, uel ſimplicitati pro-pinqua, ſecundum tamen alterationem dictam genita, erunt puſtu-læ albiores, latiores, ſparſæ, molles, ſine pruritu. Et omnes iſtæ di-uerſificantur ſecundum diuerſas admixtiones, ita quod aliquando ſunt corroſiuæ, ſi cum humore bautachiali erit admixtio: & am-bulatiuæ, ſi cum humore acuto calido, Et ſecundum diuerſas qua-litates etiam fiunt diuerſæ: aliqn̄ enim ad impetiginis & in ſerpigi-nis modum apparent: & quandoq; in modum ſcabiei, & aliarū di-uerſarum cutanearum infectionum. Fiuntq; ante apparitionē pu-ſtularum ſæpe dolores in capite, & aliquando in aliјs membris in aduentu talis ægritudinis, qui dolores fiunt mitiores apparētibus puſtulis, & quandoq; non ceſſant, ſed ſparguntur uel ſtant ibi, ſi materia eſt groſſa & pauca: quod ſi eſt multa, procedunt ad alia membra, & ſæpe dolor eſt in fronte, & quandoq; per totum ca-put: & ſunt diuerſi, extenſiui, pungitiui, ſecundum diuerſas mixtio nes. Fiunt uero aut quia materia eſt multa non regulata, uel quia uirtus expulſiua eſt debilis, aut quia materia eſt diuerſa maligna: quare cum retinetur, ſua mala qualitate & extenſione ſoluendo continuum cauſat dolorem: nam dolor fit, ut inquit Auicen. ſecū-da primi, de cauſis doloris, à mala complexione diuerſa, & à ſolu-ta continuitate. Quod ſi materia ſubtilietur, & a uirtute expella-tur, fiunt puſtulæ, & ceſſant dolores, & aliquando non ceſſant ſi materia eſt plurima. Et in proceſſu multiplicātur dolores mēbro-rum, puta ſpatularū, brachiorū, & crurum, & aliorum membro-rum, materia multiplicata: & ſunt mali, diuerſi etiam ſecundum diuerſa tempora, & diuerſitatem membrorum, & locorum ſen-tientium, ut ſunt nerui, chordæ, & membra ſenſibilia. Et pulſa-tiui fiunt ſi in loco ſunt uenæ aut arteriæ, & ſunt mali clamoſi in

cruribus maxime propter membrorum debilitatem & receptibilitatem cum ſint prona, longinqua à fonte caloris qui eſt cor, & incipiunt affligere in ſero, & in occaſu ſolis, & procedunt uſq; poſt mediam noctem, poſtea declinant. Et raro aliter affligunt: & affligunt magis in nocte, quoniam humiditates plus multiplicantur in nocte, & faciunt extenſionem aut aliud, & in aduentu diei reſoluuntur. Et quandoq; perlongantur cum materia eſt multa aut groſſa. Quod ſi uirtus expulſiua eſt fortis, tunc poſt diuturnos dolores fiunt tuberoſitates ſiue apoſtemata dura mala, quas uulgares grumas appellant, quoniam expellitur materia quæ retinebatur. quæ quidem grumæ ſæpe apparẽt à principio nullo præcedente dolore, ſed raro: & aliquando eueniunt cum paruo dolore ſi non ſit in loco ſenſibili materia neque profunda, quæ apoſtemata quandoq; adhærent panniculis & oſſibus, & corrumpunt oſſa corruptione mala: fiunt etiam in gutture & ſæpe ulcerãtur, & ſunt maligna ualde: & quandoq; fiũt in membris intrinſecis & ſequuntur accidentia mala, ut aſthma, & fluxus uentris. Apoſtemata prætereà iſta in quocunq; membro fuerint, ſunt mala & inobedientia digeſtioni, reſolutioni & maturationi, propter eius uiſcoſitatem & qualitatem malam occultam, quæ hanc concomitatur ægritudinẽ, cum uirtutis membrorũ debilitate. Similiter ſunt ulcera quæ ab huiuſmodi apoſtematibus fiũt, & ſunt mala, & inobedientia. Fiunt etiã ab iſtis puſtulis & apoſtematibus cum rumpuntur ulcera diuerſorum generum in malignitate ſecundum cauſas dictas, in quibus reperiuntur materiæ albæ, uiſcoſæ adhærentes cum tenacitate: & maxime in apoſtematibus, quæ quidem materiæ in alijs ulceribus non reperiuntur, quæ materia ita alba eſt cum pauco ſenſu, dura ad incidendum & frangendum, quæ ſæpe adhæret membro. Et ulcera iſta cum perlongantur fiunt profunda, uirulenta, liuida, corroſiua, ſordida, cum duritie labiorum & carne oſtracoſa, & aliquando fiunt ambulatiua, & aliquando omnia ferè genera malorum ulcerum inueniuntur, in quibus ſæpe ſunt oſſa corrupta denigrata, & aliquando ſunt alba, ſed

ſunt ſicca ſine humiditate rorida, propter nutrimenti defectum, & aliquando ſunt perforata multis perforationibus cum corruptione maligna, propter malam materiæ qualitatem. Et patientes talem ægritudinem ante dictorum accidentium apparitionẽ macreſcunt indies, uertuntq; colorem à naturali ſua diſpoſitione ad pallorem, & ſunt pauci qui non mutantur. Et ſunt ſanguinei habentes puſtulas rubeas ualde, & iſti fiunt rubicũdiores cum horribilitate quadam. Et aliquando accidit febricula ante aduentum, cum aliquo dolore capitis uel frontis, quæ fit ab aliqua materia putreſcente, & cum expanditur materia, fiunt grauiores & pigri non prompti. Et aliquando apparet aliqua dictarum infectionum in aliquo membro, reliquis membris apparentibus ſanis, maxime ſi uirtus eſt fortis, aut materia pauca, & hoc aliquando à debilitate talis membri non potentis regulare aut reſoluere materiam illam, accidere ſæpe poteſt: nam uirtus fortis cui nihil reſiſtit, (ut dicit Gal.) corrigit malignitatem humoris, & cum eſt debilis ſequuntur ægritudines. Et cum iſta ægritudo perlongatur, apparent in aliquibus fixuræ, & ſquammæ in uolis manuum & plantis pedum, & ſunt albæ, duræ, ſine humiditate, & aliquando in alias partes corporis. Et hoc fit ſæpe à natura poſt ſanationem à natura uel ab arte factam, quoniam materia non fuit ex toto reſoluta: quæ reliquiæ cum ſint paucæ, ad tales partes expelluntur. Dixit nanq; Galenus in libello de cholera nigra: Semper natura ſanguinem mundificare tentat &c. Quandoq; uero propter materiæ malignitatem & humiditatem ad neruos tranſmiſſæ, & dolorem reſoluentem ſpiritus, accidit paralyſis aut ſpaſmus, ſiue contractio membrorum, qui aliquando fiunt uſq; ad iuncturarum diſlocationem, & oſſium plicaturã ſiue incuruationẽ. Fitq; ſæpe in inueteratis aſthma, & eſt malum, & mortale, & tuſſis mala propter ſiccitatem, & materiam deſcendentem ad pectus, & quandoq; fit à principio, quamuis ſit raro. Et in pluribus undecunq; fit, iſte humor, eſt rebellis & inobediens medicaminibus. Et ſæpe poſt curationem hæc ægritudo recidiuat, & recidiua quãdoq; eſt cita, &

Iſta ſiccitas curationem nõ recipit, ſi prius ſit cõſummata. Gale. lib. 7. Methodi.

ſæpe

ſæpe ſtat per annos, quæ in multis eſt deterior, ut inquit Auicen. *lo co præallegato: & cauſa huius eſt, quoniam materia iſta ob diutur nam hepatis diſpoſitionem fit groſſior, & uirtus mēbri redditur debilior, coadiuuante maxime malo regimine ſex rerum non natu ralium: & etiam propter malum regimen curæ ſepiſſime, & cum ad ultimam deueniunt malignitatem hepatis, ad hydropicam deue niūt diſpoſitionem.* Ex *quibus omnibus luce meridiana clarius ap paret unitas iſtius ægritudinis, à qua diuerſa prodeunt accidētia, quæ non perfecte curantur, niſi tollatur prima hepatis & totius diſpoſitio, à qua iſta pendent.* Dixit Galenus *iij. de accidenti & morbo, quod quæ ſequuntur morbum ſicuti umbra corpus, accidē tia dicuntur, & non morbus.* Et *ideo qui morbum* Neapolitanum *in plures ægritudines poſuere, decipiuntur, & in maximo uerſan tur errore, multiplicantes entia ſine neceßitate contra philoſophi regulam.* Ea *quæ ab aliqua prima prodeunt diſpoſitione, illius diſ poſitionis accidentia uocantur, ut teſtatur idem* Gal. *loco prealle gato, &* Auic. *ij. primi, cap. i. in fine cap. in exemplo de phthiſi & febre ethica.* Neq; *huic poſitioni obſtāt argumenta, ex dictis enim reſponſio patet.* Nec *etiam propter hoc negarem quod aliquando aliquod accidens unius ægritudinis fiat per aliquam ultimam mali gnitatem per ſe, quæ poſtea non curatur cura primæ ægritudinis, ut de corruptione mala oßis apparet &c.* Quare *ut negotiū iſtud expediam, paucula ad clariorem doctrinam in epilogi modum ſcri bam, quæ de cauſis & ſignis erunt, nam decies repetita placebunt.* Et Gal. *ij. de ſimplici medicina autoritate* Platonis *inquit, in princi pio & radice plurimum oportet eſſe ſermonis.*

De cauſis morbi Neapolitani. Caput VI.

CAuſas *ex dictis collige, quæ ſecundum medicos ſunt tres, ui delicet primitiuæ, antecedentes, & coniunctæ.* Primitiuæ *quidem ſunt, ſicut diſpoſitio aliqua aëris, uel corporum ſu periorum, ut dicunt* Aſtronomi, *cum coniunctione illa* Saturni, Martis & Veneris *in* Scorpione *&c. anno illo in quo populatim graſſari cœpit iſta ægritudo, aut cibi generantis malum chymum,*

præpa-

præparantis & mouentis intrinſecam alterationem, aut contagio coitus, uel cibi & potus, uel aliqua mora cum hominibus infectis, uel contactus ueſtimentorum, ut dixit Auicen. ij. primi, capit. vi. Antecedentes uero ſunt humores intrinſeci ab alteratione extrinſeca, uel intrinſeca mala, ad talem malignitatem. Coniunctæ autem ſunt humores ita diſpoſiti, ab hepate geniti, qui poſtea impediunt debitas actiones corporis. Et etiam ſunt accidentium cauſæ, ut puſtularum, dolorum, & aliarum &c. Materialis, efficiens, formalis & finalis, & aliæ accidentales ſapientibus ex dictis apparent. Dicam igitur de ſignis.

De ſignis morbi Neapolitani & accidentibus. Caput VII.

SIgna quæ ex dictis eliguntur ſunt in duplici differentia, quoniam quædam ſunt demonſtratiua, & quædam prognoſtica. Demonſtratiua ſunt puſtulæ cum quadam duritiæ, aut eminentia & malo calore in capite toto uel fronte circa originem capillorum, uel in alijs corporis partibus, & maxime in angulis oris, & hoc ſæpe in infantibus accidit, & in adultis quandoq;, qui naturæ ſunt humidæ, quibus puſtulis apparentibus non eſt ambigendum de eſſe ægritudinis, maxime ſi poſt expergefactionē membrorum percipiunt grauitatem, cum dolore grauatiuo, uel confractiuo. Anteceditq; dolor capitis, qui incipit in occaſu ſolis. & declinat ante ortum ſolis, qui ſæpe ad ſpatulas & aliarum iuncturarum partes extenditur. Et patientes fiunt pigri, ſomnolenti, & mutatur color ad pallorem. Et aliquando eſt febricula, & ſæpiſſime apparēt ulcera uirgæ, quæ ſunt mala cū duritie calloſa, quæ tarde ſanantur: & puſtulæ fiunt circa pectinem, quæ ſæpe à principio in his qui per coitū inficiuntur, ſunt ſigna demōſtratiua huiuſce morbi Neapolitani ſine fallacia. Et ſequuntur apoſtemata inguinum, quæ ſi ſupurantur, remouent ægritudinem, maxime à principio, quoniam inguina ſunt emunctoria hepatis, per quæ expurgantur uitioſæ qualitates ab ipſo in cruore generatæ. Quandoque à principio apparent in gutture mollificatio uuæ, & apoſtemata ſcirrhoſa

rhoſa male, quæ non maturantur niſi raro, & ulcerantur ulceratione maligna, quæ apoſtemata in recidiua ſæpe apparent, & in ægritudinne antiqua, & à principio raro. Sunt etiam dolores articulorum, capitis & crurum, & aliquando in omnibus, & ſæpe in aliquibus membris, & maxime in cruribus. Præterea ſunt apoſtemata dura adhærentia panniculis & oſsibus, ut ſunt oſſa furculæ, pectoris, crurum & frontis, quæ à uulgaribus grumæ appellantur. Sequuntur præterea ulcera maligna cum maximo dolore dum de nouo fiunt, & corroſio mala oſsis. Apparent etiam fixuræ in uolis manuum, & plantis pedum, cum ſquamis ſiccis. Et aliquando in aliquibus partibus corporis alijs fiunt cruſtæ, ſiue infectiones, in modum impetiginis & ſerpiginis. Fitq; durities iuncturarum cum tumore in morbo inueterato. Et qui malo utuntur regimine, ſæpe in proceſſu fiunt aſthmatici, & aliquando à principio, ſed rariſsime.

Signa autem prognoſtica ſunt in primis, ſi aliqua præceſſerit mora cum infectis, aut aliter. Et in hoc prodeſt conſiderare cauſas primitiuas, unde fugiamus talem infectionem euitando coitum cum mulieribus infectis, aut in quibus ſit ſuſpicio de infectione: ſimiliter euitando contactus, moram, aut dormitionem cum infectis, aut in locis infectis, quoniam cauſæ primitiuæ mouent antecedentes &c. Præterea morbus Neapolitanus cum paucis puſtulis ſine doloribus, aut cum paucis in iuuene bonæ complexionis citò ſanatur, ſi debita adhibeatur cura. Quod ſi cum multis puſtulis, & doloribus, & aliorum malorum accidentium, tarde & difficulter ſanatur. Et ſi in puſtulis aut apoſtematibus fiat color malus in toto corpore ultra diſpoſitionem morbi Neapolitani, corpus habet ſanguinem totum infectum humore melancholico & iſti raro ſanantur: adhuc puſtuloſi tantum facillime ſanantur, Sed patientes dolores & apoſtemata dura cum difficultate maxima, & quanto cum pluribus doloribus, aut grumis, erit difficilior cura, & magis ſi tempus perlongatum fuerit. Etiam poſt dolorem in aliqua parte apoſtema durum expectatur, ſi uirtus fortis eſt.

tis eſt. Præterea ulcera maligna & acutiſſimi dolores arguunt maximam materiæ malignitatem, uel multitudinem, & uirtutis debilitatem, aut impedimentum. Puſtulæ, apoſtemata, dolores, aut ulcera, niſi principale membrum cum totius corporis communitate curetur, per intrinſeca ſiue extrinſeca medicamina ſi quis ſanauerit, ad deteriorem recidiuãt ægritudinem, maxime ſi ſunt inueterata. In duritie apoſtemoſa ſi fiant puſtulæ, ſæpe reſoluitur apoſtema, quoniam materia ſubtiliatur, & ſic melius expellitur. Infecti infectione mala, in qua ſpiritui cordi communicatur infectio, non ſanantur, aut cum maxima difficultate. Similiter habentes apoſtemata magna, quæ ſunt unita oſſibus, quoniam in iſtis uidetur ferè tota materia nutrimenti corrupta, & uirtus debilitata. Præterea guloſi, bibuli, & multum coeuntes, & ſine regula omnia comedentes, & male ſe habentes in regimine reliquarum rerum non naturalium, non ſanantur niſi raro: etſi ſint bonæ complexionis iuuenes, & exercitentur exercitio forti &c. Præterea qui maraſmum natura patiuntur, ſi incidant in talem diſpoſitionẽ, rariſſime euadunt, & ſimiliter qui aſthmatici ex hac ægritudine fiunt. Mulieres uero facilius à tali morbo occupantur propter ſimboleitatem materiæ cum ſint phlegmaticæ. Dixit Auic. ij. primi. quod conuerſio in genere proportionali eſt facilior &c. Si multa apparent accidentia, ut ſunt puſtulæ, dolores, & alia, multitudinem materiæ ſignificant, ſin ſecus, contrarium ſignificent. Non tamen omnia ſigna aut accidentia ſunt neceſſaria, ſed ſufficit quod ſint aliqua, ut dolores, & puſtulæ: aut unum tantum, ut puſtulæ, aut ulcus in uirga tantum, uel in aliquo alio membro, uel apoſtema, uel ſquammæ in uolis &c. & ideo quando plura, aut omnia ſigna apparent, audacter ægritudinis eſſentiam prænuncia. Luxurioſi cum ſint infrigidati infrigidatione per ſpirituum reſolutionem: ſunt magis ad hanc ægritudinem parati: ſimiliter male ſe habentes in regimine ſex rerum non naturalium, ob diuerſitatem & malam humorum mixtionem. Cura huius ægritudinis eſt difficilis, quoniam eſt chronica, & cum malignitate occulta. Et

Acutiſſimi dolores quid ſignificent.

Raro ſanãtur qb. ſpiritus uitalis inficitur.

ta. Et *qui euadunt ſæpe fiunt pingues cum ante fuerant macri, & hoc quia ſanguis redditur purior ab euacuationibus ſiue medicamentis.* Multi *etiam poſt ſanationem fiunt rauci aut contracti in aliquo mēbro.* Et *remanent ueſtigia ulcerum profunda & turpia.* Quibus *omnibus finem ponam, ne ſermo prolixior magis quam debeat eſſe uideatur.* Igitur *tempus eſt ut de cura aliquid dicamus.*

PROOEMIVM LIBRI SEcundi in quo ordo futuri proceſſus declaratur, & eſt pars practica. Cap. I.

LAborauere *feſſiq; laborant adhuc doctiſſimi ac experti medici in uaſto fluctuoſoq; pelago huius morbi, de modo quo quis canonice hanc ægritudinē curare poſſit.* Et *hoc ob diuerſam malamq; mixtionem humorum in ipſa ægritudine repertam, nam talis eſt quod uix comprehendi poſſit, niſi ab expertiſſimo in hac re medico, unde ortæ ſunt diuerſæ de modo curandi opiniones, ut noſtra tempeſtate omnibus notum eſt.* Sunt *quidam blaſphemantes illinitiones, & alia quæ in uſu ſunt auxilia, ut ſunt potiones & alia, nullū tamen nouum aut antiquum afferentes remedium, neq; aliquem cum doloribus, grumis aut ulceribus ſanant, ſiue ſanare poſſunt quæ res ægris nihil ꝓdeſt, qui quotidie afflicti auxilium a medicis poſtulant.* Sed *ne cum iſtis in ſuis fluctibus naufrager, quonam pacto hæc ægritudo curari poſſit, remedijs quibus uſq; nunc utūtur medici, infra ſcribam, diuino in primis poſtulato auxilio.* Neq; *me ab antiquorum canonibus,* Galeni *uidelicet &* Auic. *aliorumq; doctorum elongare uidebis, ſed ſuis ſemper rationibus & autoritatib. ueluti clypeo, lumineq; quodam utar tam in ordine, quam in medicaminibus,* Inquit Auic. *iiij. primi, quod medicationis res ex una trium rerum completur, quarum una eſt regimen & nutrientia, alia eſt medicinarum exhibitio, & tertia eſt manualis operatio.* Quare *cum ſanitas, quæ finis eſt medicinæ, ut teſtatur* Aliabas *primo practicæ cap. i. quæ in amiſſæ ſanitatis reaſſumptione, & habitæ conſer-*

uatione

uatione conſiſtit, in ipſis totam ægritudinis curam ponam. Et quoniam ut ait Galenus .vi. de accidenti & morbo, impoßibile eſt comprehendere ea quæ actionibus ſunt contraria, niſi prius intelligamus, quæ ſunt actiones pertinentes ſanitati, ideo conſideratis in primis rebus naturalibus, ut ſunt complexiones, per membrorum principalium graduationem, ut docuit Gal. ij. techni, & ætatem, ſexum, regionem, tempus, & conſuetudinem, ut idem Galenus dixit primo ad Glauconem cap. i. ſic regimen ſex rerum non naturalium modo quodam uniuerſali diſpones: quoniam particularem modum ſecundum diuerſitatem actualis curæ habebis.

De regimine aëris naturalis & artificialis. Caput III.

PRimum ex rebus non naturalibus occurrens, cum ſit aër, ſi quis igitur ægrum aut conualeſcentem cura præſeruatiua, aut curatiua regere intendat, aërem in primis moderare oportet, qui ſecundum hominis naturam & morbi qualitatem declinet ad caliditatem temperatam: ſine ſuperflua uel corruptibili humiditate, quare aër autumni, hyemis & principij ueris non eſt conueniens: nam inquit Auer. ij. Colliget cap. ultimo: Conueniens eſt medico cognoſcere naturam quatuor temporum, quoniam propter ipſa ſtat magis ſanitas quam per alias cauſas. Præterea ex ſententia Pauli Aeginetæ in libello de regimine ſanitatis: Regiones, domus, & habitationes, quæ ſunt frigidæ & pluuioſæ, in quibus ſunt fontes mali, ſtagna, lacus, flumina inundantia, & paludes, maxime illæ in quibus caligine, radij ſolares obumbrantur, ut contingit Venetijs ſæpe, Ferrariæ, & alijs locis, tẽpore autumni & hyemis fugienda ſunt, nam ex malis uaporibus humidis putridis inficitur aër, & ab ipſo aëre, qui ſemper nos circundat, cauſantur ægritudines diuerſæ, teſte Hippocrate in libello de aëre & aqua. Inquit ipſe, Ex uaria nõ ſolum temporum inter ſe, ſed ex alteratione diuerſa fiunt ægritudines & ſanitas, contrario tamen modo. Et hoc affirmat ipſe tertia particula Aphoriſmorum, Et ideo Leonicenus doctißimus non

ſine

ſine ratione dixit ægritudinem iſtam ab inundatione aquarum & pluuiæ contractam fuiſſe, ueluti à cauſa primitiua &c. Si ergo *aër à tempore anni, uel aliquo accidenti alteretur & fiat diſ-proportionalis, artificioſe rectificetur, ut exiccando ipſum cum igne in cubili, uel cum ſtufis, aut humectando cum decoctio-nibus & ſuffumigijs bene redolentibus, quæ fiunt ex camomilla, roſis, ſaluia, & alijs, ſecundum indigentiam loci & temporis & hominum: & eſt doctrina* Galeni *ix. de ingenio ſanitatis ſiue de morbis curandis, cap. xiiij.* Nota *tamen quod frigiditas ſimplici-ter nocet cauſæ, ægritudini & accidentibus.* Contrariatur *etiam nimia caliditas, quoniam reſoluendo calorem innatum infrigidat, & debilitat uirtutes quæ ſunt principia omnium operationum: quare qui timent iſtam malam diſpoſitionem, fugiant loca putri-da & clauſa, plena malis uaporibus, & maxime ubi ſunt patientes talem ægritudinem: & tactum ipſarum puſtularum ſiue ulcerum, & lotionem in aquis ubi iſti lauantur, uel abſterſionem cum eo-dē ſudario, deoſculatiōes, & reliquos cōtractus &c. & regātur ægri uel conualeſcentes per aërem temperatum cum ueſtimen-tis & cooperimentis ſuper lectum cum dormiunt, & cuſtodian-tur à uentis malis, ut ſunt auſtrales & frigidi frigiditate congela-tiua, quoniam ex nimio frigore non ſolum ingroßatur materia, uerumetiam congelantur ſpiritus.* Et *cum dico conualeſcentem, intelligo non ſolum illū qui paſſus eſt iſtā ægritudinem, ſed & illū qui timet incidere in ipſam.* Tu *uero ex dictis collige & intellige alia quæ conſequuntur, quoniam de aëre hic ſatis dictum eſt.*

De regimine per cibum & potum. Caput III.

N*On minori cura in cibi & potus exhibitione utimur quàm in aëris recta præparatione, cum cibus & potus ſecun-dum qualitatem & quantitatem ſit de cauſis maximis ſanitatis & ægritudinis.* Inquit Hali Rodoham. *iij. techni, Cibus & potus mu tant corpus multis ſpeciebus mutationis &c.* Quare *ſint cibi de-clinantes per caliditatem: ſiue ſuperfluam, ſiue corruptibilem, ſi-ue indigeſtibilem, boni nutrimenti & facilis digeſtionis, & pau-*

carum

carum ſuperfluitatum, dixit nãq; Damaſcenus, diæta eſt primum inſtrumentorum curæ, cum quo ſi curari poteſt proſpera eueniunt. Igitur in primis, ſicut docet Auic. cap. de eo quod comeditur & bibitur, ſit panis ex bono tritico, ab extraneis rebus purgato, bene fermentatus: non multum ſalitus, & mediocriter coctus, qui ſaltem per diem coctus quieuerit, niſi ſit aliqua particularis intentio, ut in loco ubi de cura per aſſumptionem decoctionis ligni Indici dicam. Carnes etiam eodem caſu incedant, ſint recentes & iuuenes, non multum humidæ, maxime humiditate indigeſtibili, ut ſunt porci, & agni, neq; multum ſiccæ ſiccitate terreſtri, ut ſunt boues antiqui: & cerui &c.

Sint ergo carnes uitulinæ, hœdinæ, & caſtratorũ duorum annorum, paſcentium paſcua ſicca, ut ſunt montes, & loca non paludoſa, leporinæ iuuenes, capreolinæ ſimiliter iuuenes, gallinarum, caponum, aut pullorum paruorum ſecũdum tempus, aut ſint perdicum, turturum, phaſianorum, turdorum, & auium nemoralium quæ capiuntur uiſco uel aliquo alio ingenio, quæ carnes ſint conditæ ſecundum indigentiã, aſſæ uidelicet uel elixæ, uel alio quouis modo cum ſaporibus temperatis, ut ſunt pruna agreſtia, & parum cinnamomi. Nota tamen quod melius digeruntur cibaria elixata quàm aſſata. & maxime carnes &c.

Reliqua uero genera carnium ſunt dimittenda, ut carnes porcinæ, quæ ſunt malæ ſemper, bouinæ, caprarum, hircorum, & aliorum animalium terreſtrium: quoniam nocent tam recentes quàm ſalitæ. Omnia genera præterea auium degentium in aquis ſunt mala, ut ſunt anſeres, & anates, & aliæ. Palumbes, ut experientia compertum eſt, in habentibus dolores multum nocent: auget palumbarum comeſtio dolores ſua ebulitione dum digerũtur, & materiam ſubtiliando, quæ poſtea facilius penetrat loca illa, aliamq; ſecum ducit materiam. Præterea piſces omnes non ſunt boni, quia ſunt frigidi cum humiditate indigeſtibili, & etiam ſaliti ſunt mali, quoniam ſalita omnia nocent hepati. Quod ſi aliquando comedantur piſces, ſint ſquamoſi, degentes in aquis claris: ut ſunt

luci, trutæ aquarum dulcium, Ex aquis marinis ſint auratæ, dentales, ſcarpenæ, & alij huiuſmodi piſces. Et melior modus coctionis eſt elixatio. Lacticinia non ſunt laudata, ut caſeus propter ſuã uiſcoſitatem, ſunt enim duræ digeſtionis. Oua uero quocunque modo: præter indurata, ſunt bona, ut oua ſorbilia, & in brodio contuſa, quod à uulgaribus dicitur broctum, & ſit cum parum agreſtæ, uel etiam ſint cocta in aqua integra, & deſuper ponatur parum agreſtæ & zuccari. Nota tamen quod carnis quantitas minus nocet ſi repleatur, quàm aliorum cibariorum. Dicit Auic. cap. de eo quod comeditur & bibitur: Carnis nocumentum eſt minus nocumento panis cum non digeritur &c. Fercula quæ conueniunt, ſunt, ut far decoctum in brodio carnis, uel conditum cum amygdalis tritis, niſi adſit dolor capitis (quoniam amygdalæ euaporãt ad caput) & panatella, aut panis infuſus in brodio, & meliſſa, & ſpinachia iuuenis, & borago, bugloſſa, endiuia, lupulus, & cicorea. Omnia uero ferè alia olera & legumina ſunt mala, ut ſunt caules cuiuſcunque generis, ſiue uirides ſiue rubei ſiue albi ſint, quoniam generant malum ſanguinem: & corrumpunt maſſam humoralem, & excitant dolores, ut experientia patet & ratione, dicant antiqui quicquid de eius uſu uelint. Et legumina ſunt mala, quoniam inflant & generant ſanguinem melãcholicum. uiſcoſum & non bonum. Dantur aliquando cappares non ſaliti, & ſi ſint ſaliti, extrahatur ſalſedo per infuſionem aquæ dulcis, & melius per ebulitionem, ſintq; conditi cum agreſta & zuccaro, quoniam acetum nocet neruis magnifice, & cauſæ ægritudinis. Sapores conuenientes ſint facti ex amygdalis, menta, cinnamomo, agreſta, & alijs equiualentibus, nam cinnamomum ſecundum omnem modum adminiſtrationis confert ſtomacho uigorando digeſtiuam uirtute, prodeſt frigiditati & oppilationibus hepatis, Sed alij ſapores, ut facti ex ſinapi, uel alijs &c. non ſunt boni, quoniam faciunt ebulitionem humorum &c. Confectiones & condita quæ ſunt bona, erunt ut amygdalæ, & pineæ, coriandri, aniſi, myrobalani chebuli, & de alijs ſecundum diuerſas intentiones. Fructus omnes ſunt

Amygdalæ uapoſoſæ, ideoq; uitari debẽt, ubi adeſt profunditas ſomni, & grauitas capitis.

Cinnamomi uirtutes.

mali,

mali, quoniam generant ſanguinem aquoſum, aptum corruptioni: Fructus ſed meliores ſunt ut amygdalæ, auellanæ aliquando & recentes omnes ma ſiſci, uua matura: pruna damaſcena, ceraſa acetoſa, mala granata li, dulcia & mitia, paſſulæ, & alij iuxta tempus & indigentiam. Co- medendi autem tempus fructus eſt ante cibum, quoniam facile di- geruntur &c. Sed alij fructus ſunt dimittendi, & maxime poma, quoniam ut teſtatur Auer. autoritate Auenzoar, poſſunt gene- rare ethicam & phthiſim. Et Auic. ij. canonis dicit quod gene- rant malos humores, & febres malas, & aſſiduatio eorum come- ſtionis facit incidere in dolores neruorum: quare ſunt dimittēda. Vſus uero aliorum fructuum ſecundum iudicium neceßitatis eligantur. Huic diſpoſitioni potus conueniens eſt uinum me- diocre, non uinoſum, neq; aquoſum multum, medij coloris, quod uulgares aurelum appellant, ſic etiam, ut docet Auic. primo ca- nonis cap. de regimine aquæ & uini, medium inter antiquum & nouum, clarum, non album, boni odoris & ſaporis, non multum dulce neq; ponticum, & hoc quoniam dulce generat opilationem: nouum perducit ad ebulitionem humorum, & dyſenteriam, uetus uero eſt pauci nutrimenti, quod ſi non poſſet haberi, ut contingit in regionibus in quibus omnia uina ſunt magna, limphetur cum aqua dulci non paludoſa, ſed ſit à flumine claro, aut ex bono pu- teo, & ſi ſit ſuſpicio de aliqua mala cōditione aquæ, coquatur ad ignem, quoniam ignis conſumet eam. Vel fiat ſibi uinum tempore uindemiarium cum medietate aquæ. Neq; audiendi ſunt Emperici & ſine ratione loquentes, & dantes uina uinoſa quantitate maxi ma, quoniam ſunt cæci, & ideo parcendum eſt ipſis, quia neſciunt quid faciunt. Et ne credas uerba mea ſine ratione & autoritate prolata, audi Galenum libello de phlebotomia, ſumma ij. cap. ij. in- quientē, Intemperatos uini potatores & guloſos, nullo iuuabis mi- niſterio pharmacans uel phlebotomans, aceruant enim confeſtim multitudinē humorum ob intemperantē diætam &c. Hora uero comedēdi eſt electiua pro aliqua cauſa, aut pro regimine uniuerſa li. De prima hora dico, detur cibus ſecūdū indigētiā, anticipando

Poma q̃d efficere poßint.

Hora co- medendi.

uel poſtponendo, quod ſic non eſt impediens. Dixit Auicē. cap. de eo quod comeditur & bibitur, quod tunc eſt hora comedendi cum appetitus inſurgit. Sed ſi eſſet mala aliqua diſpoſitio ſtomachi, ita quod aut nihil, aut multum appeteret, eligatur hora tertiarū, quoniam tunc eſt iudicium quod ſtomachus ſit à ſuperfluitatibus heſterni cibi emundatus, & ſatis ad nouum recipiendum diſpoſitus, quia in nocte uirtus unitur & melius digerit, & cum in mane nondum ſit ſparſa, ſit melior digeſtio, quàm ſi tardetur: tamen in hoc etiam attendendum eſt cōſuetudini, docente Hippocrate & Auicen. primo canonis: quod affirmat Auer. i. phyſic. quia conſuetudo eſt altera natura. Ordinate præterea comedendum eſt, ut quæ ſunt facilis digeſtionis præcedant, & quæ duræ, ultimo comedantur. Et potus non ſit ante cibum, neq; pòſt, ſed comedendo bibat, ut cibus reddatur aptior ad digerendū. Dixit Auicen. Potus poſt cibum facit oppilationem, quoniā facit cibum indigeſtum penetrare. Et poſt comeſtionē comedatur aliquod ſigillans & confortans ſtomachum, ut ſunt coriandri, & ſimilia. & omnia comeſta bene maſticentur, ſuauiterq; & paulatine potus ſugatur. Sint etiā cibaria uniformia quantum poteſt: quoniam ut dixit Princ. loco prædlegato, nihil tam contrarium digeſtioni, ut ſunt cibaria ſimul ſumpta, quæ ſunt diuerſarum uirtutum pugnantium inter ſe, quoniam ut ipſe atteſtatur, à duabus impediuntur partibus: una eſt diuerſitas in digerendo, quia quod ex eis eſt indigeſtū, admiſcetur ei quod eſt digeſtum. Altera, cum ſit diuerſa comedendo plus comeditur quàm par ſit. Quare cibaria unius uirtutis laudat Auicen. & hoc tam in mane quàm in ſero. Præterea cœna ſit breuior prādio: & ſpatium inter prandium & cœnam eſt octo uel decem horarum. Et cœna ſit ſimplicior. Sed comeſtio cum patientibus talē morbū eſt fugienda, & potus in eodem cyatho, & maxime reliquiæ quæ relinquuntur ab infirmis.

De repletione & inanitione. Caput IIII.

Apho. 10 18, & 21. SVmmopere repletio & inanitio fugiendæ ſunt, tam cibi quàm potus, docente Hippoc. ij. par. Aphor. Et Auic. ſecūda pri-

mi,

mi,cap.de his quæ proueniunt ex his quæ comedũtur & bibũtur: Nutriens mutat corpus & qualitate & quantitate,ſed ex quantitate proueniunt oppilationes & putrefactiones & faſtidium,& ſi diminuantur,prouenit ex eo ad phthiſim. Ratio horum clariſſima eſt,cum ex nimia repletione occupetur uirtus, quæ eſt inſtrumentum naturæ,ſine quo uana eſſent alia inſtrumenta medicinalia. Et ex nimia etiam abſtinentia fit conſumptio radicalis humiditatis,& per conſequens caloris innati, & ducit ad maraſmũ ſiue ad phthiſim:tamẽ cũ ægritudo ſit materialis & de repletione, debemus potius minus cibare q̃ ſuperflue,niſi eſſet aliquod ita poſtulans. Quomodo autem inedia ſubtiliſſima in aſſumptiõe aquæ ligni ſit conueniens,ſine iſto timore in regula aſſumptionis ligni intelliges. Sint ergo diligentes infirmi & cõualeſcentes in qualitatibus & quantitatibus,& horis cibariorũ & potus tã uini quàm aquæ. Dico aquæ,quoniã ſi aqua ſola ſumatur,huic diſpoſitioni multum nocet,& hoc ſecundũ omnem modũ adminiſtrationis, maxime in balneis,& potione nimia nocet ſtomacho & neruis,infrigidat hepar,ſanguinẽ & ſpiritum:quare nimius aquæ ſolius uſus eſt dimittendus. Et ut breuiter me ab iſtis expediã, à nimia quouis modo repletione & inordinata cibatione,qui timent hanc diſpoſitionẽ caueant,quoniam ex cauſis prolongantibus ipſam ſunt cibaria nimia & malus ordo. Dixit Galenus ij. de accidẽti & morbo: Cauſa frigidi morbi eſt plenitudo cibi & potus. Studere oportet etiam in lenitione quotidiana uentris,& ſi non eſt naturaliter,fiat artificiose cũ ſuppoſitorijs,uel clyſtere communi,aut cum pilulis maſtichinis,de fumoterræ,uel aliquo alio ingenio medicinali &c. Et ego cognoſco multos homines & mulieres qui in hanc inciderunt diſpoſitionem,qui à malis accidẽtibus dictæ ægritudinis ex bono regimine cibariorum,& per aſſumptionem quarundam pilularum, aut aliarum rerum lenientium & euacuantium uentrem,ſecundũ naturam morbi & complexionem & ſexum præſeruati ſunt uſq; in hodiernum diem :uerbi gratia,cũ pilulis de fumoterræ,uel fœtidis, aut maſtichinis, aut noſtris infraſcribendis, uel ex infuſione

ſenæ, & de alijs ſecundum neceſsitatem.

De ſomno & vigilia, motu & quiete. Caput V.

SOmnus cũ ſit pro reſtauratione defatigationis neceſſarius, ex ſentẽtia Ariſtotelis de ſomno & uigilia, ut melius poſt ſomnum uigilemus, ideò eum regulare oportet. Et cũ Gal. iij. techni, & Hali in commento, ſomnum & uigiliam cõtraria priuatiua eſſe dixerint, & idem de uigilia facere docuerunt: nam ut ab ipſo Gal. iij. interiorum colligitur, ſuperfluus ſomnus humiditatem generat, & nimia uigilia exiccat corpus. Sit igitur ſomnus temperatus, non minus octo horarum, nam uirtutes per ſomnum acquirũt fortitudinem, ut dixit Auic. tertia primi: neq; nimis prolixus, quoniam ex nimio ſomno fiunt humiditates malæ catarrhales, humectatur & infrigidatur corpus: quæ res ualde contrariatur huic ægritudini: neq; ſit ſomnus immediate poſt cibum, ſed ſit per duas horas pôſt: diuturnus etiam ſomnus & maxime meridianus nocet magnifice, quoniã generat reumatiſmos & ægritudines frigidas, ut dixit Auic. loco prææallegato. Tamen ſi à doloribus nocturna quies impediatur, ſiue ſomnus, ut ferè in omnibus iſtis contingit, dormiat in die, uerbi gratia, in mane uſq; ad horam ſextam, uel in alia hora ſecundum neceſſitatem: & in alijs obſeruetur regula medicorũ. Notabis tamen quod laudauit Auic. ſummopere inceptionem ſomni ſuper uentrem, & in iſta ægritudine multũ confert, quoniam digeſtio ſiue cibi in ſtomacho præparatio fit melior. Fugienda eſt etiam dormitio cũ laborantibus tali morbo, aut in lecto ubi ipſi dormierunt, quoniam multi ſic infecti ſunt. Et quamuis ſomnus qui quodammodo quies eſt, conferret patientibus, non tamẽ quies ſimpliciter prodeſſe uidetur, ſed magis uidimus laborem & exercitationes conferre: quare patientes talem ægritudinem uel timẽtes nullo pacto ſint otioſi, ſed ambulẽt, uel ludo paruæ ſpheræ exercitentur, ſi ſunt diuites & iuuenes, nam laudatur à Galeno mirũ in modum, quoniam in ipſo totius corporis partes mouẽtur, & ſic fit reſolutio & rectificatio humorum crudorũ malorum. Et multi ſolo exercitio, qui fuerunt robuſti, liberati ſunt perfecte ab iſta ægri-

ægritudine, cum bono tamen regimine in alijs rebus non naturalibus: & ideo tales ſunt exercitandi aut domeſtice ambulando, ſiue laborando, uel ludo aliquo ludendo quo corpus exercitetur, ut excitata uirtute ab iſtis expellatur, aut morbi materia rectificetur. Neq; balneis aut fricatiōibus, loco exercitij, in iſta ægritudine cū malis accidentibus utendum eſt, quoniam fit prouocatio materiæ ad mēbra exteriora, & ſic redditur ægritudo difficilioris curæ, cum ſit materia iſta inobediens, ad membra longinqua ſparſa.

De animi paſſionibus & coitu. Caput VI.

PAßiones animi poſtremo loco regulare docens ſecundū Galeni doctrinam loco ſuprà allegato, cauſam aßignans ipſius, nam ex malis ſæpenumero animi accidentibus fiunt ægritudines chronicæ malæ ob mortificationem ſiue infrigidationem ſpirituum, uel ſuffocationem caloris innati, qui eſt naturæ inſtrumentum. Et idem tertio techni dixit: Oportet ab animi paßionibus abſtinere, quoniam mutant corpora ab ea quæ eſt ſecundum naturā conſiſtentia: & ſunt ut ipſe enumerat, ira, triſtitia, furor, inuidia, & timor. Et Auic. cap. de eo quod comeditur & bibitur. Quando ſunt animi accidentia horribilia, impediunt digeſtionem &c. Lætentur igitur & ſint iucundi, fugiant plorātes & loca triſtia, ſint in iocis, cantilenis & fabulis, quæ ſint delectabiles & iucundæ, audiāt ſonos & uoces ſuaues, & ſtent in uiridarijs, & cū amicis charis, & ſi ſunt ſtudioſi, legant hiſtorias iucundas, neq; multū ſtudeant, maxime materiæ difficili. Medicus uero ægris certam ſalutem infirmo promittat, aſtantibus uero ueritatem dicat. Prodeſt multum uideri à medico graui, famoſo, docto cum ueritate, de quo infirmi confidant, non ut ſunt deceptores ſine arte, dicatq; medicus quot ſint ſanitati reſtituti, deterius qui ſe habebant. Quantum uero confidentia de medico in mala ægritudine conferat, teſtis eſt Conciliator differentia cxxxv. Autoritate ferè omnium antiquorum non prætermittendam conſiderationem coitus in tali diſpoſitione eſſe putaui, cum patiētibus talem ægritudinem

de facto nullo pacto conueniat, cum ex nimia materiæ repletione per totum corpus, & ex defectu uirtutis hepatis, non niſi à coitu noua quædam debilitas membrorũ & infrigidatio expectetur, & ideo eſt dimittendus. Et quamuis Galenus dixerit quod coitus tẽperatus confert, dicendum tamen eſt, non quibus deficiunt conditiones ſanitatis: fugiant etiam ipſum conualeſcentes, & qui timent talem ægritudinem, & maxime coitum cum mulieribus menſtruatis de nouo, & infectis iſta ægritudine. Quod ſi forte quis cũ muliere infecta coiuerit, lauentur partes illæ poſt coitum cum uino albo calido, uel cum aceto, quod magis mihi placet, ut fiat confortatio membri & prohibitio corruptionis ad illam malam qualitatẽ, & ſic ſtet in ſuo robore membrum confortatum. Si uero quis cum infecta muliere coire uoluerit, quod fatuum eſt, lauetur uulua cũ uino aut aceto, & membrum uirile cum aceto, quoniam non ſinit imprimere malam illam qualitatẽ, & nõ moretur in coitu, & pôſt lauetur membrum uirile ut ſuprà: & econtra, ſi mulier cum uiro infecto coiuerit, lauet uiri membrum & uuluam ante & poſt coitum: & non morentur in coitu. Et quomodocunq; ſit coitus, non ſit ſuper repletionem, neq; corpore reſoluto à quacunq; cauſa, nã extenuatis ſemper eſt malus, & cauſa recidiuationis, ut experientia patet. Et præparat ſi eſt ſuperfluus, ad nouam receptionem talis diſpoſitionis, quare nimius dimittendus eſt à quocunq;, tanquã quid nociuum & mortiferum, quia corpus infrigidat, & reſoluit uirtutes cordis, hepatis & cerebri: quare de regimine in rebus nõ naturalibus ſatis dictum ſit.

De modo euacuandi ſecundũ diuerſitatẽ ægritudinis qui modus eſt vna ſanandi regula. Caput VII.

SEcunda & tertia res, cum quibus actus medicationis completur, eſt medicinarũ exhibitio, & manualis operatio, ut ſuprà dictum eſt. Hac in parte igitur de pharmacijs quæ faciunt ad curam iſtius morbi tractabo. Sed quoniam multi ſunt modi quibus medici hanc ægritudinem curant, ut quotidie in modis curationũ apparet: nam quidam hanc ægritudinem ſolis euacuationibus ſanant,

nant, maxime ſi ægritudo eſt noua, & uirtus ægri fortis. Mon ſa-
nant quidem ſi antiqua eſt, aut noua cum multa materia & debili-
tate uirtutis, quoniam cum materia ſit admixta per totum corpus
in tota maſſa humorali, non poteſt eam euacuatio per pharmaciã
eradicare. Neq; cum ſit uiſcoſa uirtus digeſtiuorum, ut ſunt ſyru-
pi, poteſt eam digerere, & ideo indiget fortiorib. medicaminibus,
de quibus dicam infra. Nunc uero de illis quæ faciunt quando ma-
teria puſtuloſa aut doloroſa pauca eſt, cum admixtione humorum
ſubtilium, qui ſunt faciles ad euacuandum. Neq; propter hoc dico
quod iſtæ euacuationes non ſint etiam neceſſariæ ante uſum alia-
rum medicinarum fortium, quoniam quacunq; utimur curatione,
ſemper neceſſe eſt corpus in primis purgationibus conuenietibus
inanire, & etiam aliquando phlebotomia. Sermo itaq; iſte erit de
curatioue quæ fit per euacuationem pharmaciæ, phlebotomiæ, &
uentoſarũ. Neq; alicui ſit graue ſi ſyruporũ, decoctionũ, electua-
riorum, & aliarũ medicinarum uirtutes, & deſcriptiones parti-
tulares, ab alijs etiam doctoribus ſcriptas hic ponã, quoniam mea
eſt intentio nouos edocere medentes qui carent cognitione uirtu-
tum medicaminum. His uero qui ſciunt & cognoſcunt. nil nocere
putaui. Rem ipſam igitur aggrediar. Sed quia expedit digeſta me-
dicari, & mouere non cruda, ut dixit Hippoc. i. part. Aphoriſ. &
digeſtio in calido eſt ingroſſare, & in frigido eſt ſubtiliare, digera-
tur ergo ſiue præparetur materia ĩ primis iſtius morbi ſi eſt puſtu
loſa uel cum multa admixtione humorũ ſubtilium, ut haberi poteſt
ex ſignis dictis, cum ſyrupo de fumoterræ, uel de endiuia, ſiue de lu
pulis, addito ſyrupo roſato zuccarino uel mellino, aut de ſticados,
ſi materia fuerit groſſa, & dolor capitis, humerorum, & iuncturā-
rum, qui ſæpe fit à principio, & lymphentur ſyrupi cum aquis ap-
propriatis, ut eſt aqua de fumoterræ, de endiuia, de boragine, de
bugloſſa, de ſolatro, de andacocha quæ eſt trifolium, ſi adſunt do-
lores, uel cum aqua iuæ, ſi non, & eſt idem cum andacocha, uel cũ
decoctione epithymi Meſue, aut cum decoctione noſtra magiſtra-
li infra ſcribenda, uel cum decoctione ſenæ in aqua lactis, modus

quarum infra ponetur. Et in huiuſmodi digeſtiuis addatur plus de uno ſyrupo, & minus uel æqualiter ſecundum neceſſitatem, quæ cognoſcitur per fortitudinem accidentium. Hoc idem dico de admixtione aquarum cum ſyrupis, ut faciunt practici: & ut melius uerba mea apprehendantur, ordinetur ſyrupus, uerbi gratia, ſic: Reci. ſyrupi de fumoterræ ℥.i. de endiuia ℥.s. aquarum lupulorũ, boraginis, ſolatri, ana ℥.i. miſce, & ſumatur in aurora actu calidus, & ſit ſpatium quinq; horarum uſq; ad prandium. Quod ſi fuerit dolor capitis, aut aliorum membrorum, fiat digeſtiuum cũ ſyrupo roſato, de ſticados: aut de epithymo ſi apparent puſtulæ cum liuore, & ſic etiam adde aquas, ut aquam iuæ, trifolij, fumiterræ, & decoctiones ſecundum indigentiam. Verbi gratia, ſi ſunt dolores neruorum, Reci. ſyrupi de fumoterræ, de ſticados, roſati, ana ℥.s. aquarum bugloſſæ, lupulorum, iuæ, ana ℥.i. miſce. Vel potes loco aquarum ponere decoctionis epithymi ℥.iij. uel decoctionis noſtræ, & ſic de alijs ſecundum accidentia huius aut alterius morbi, & hoc non ſolum cum medicaminibus hic a me poſitis, ſed cum alijs etiam in libris medicorum ſcriptis. Sed ut proceſſus tuus in curatione ſit rationalis, ſcribam ſyrupos, aquas, & decoctiones cum ſuis uirtutibus & proprietatibus. Et primo, ſyrupus de fumoterræ maior deſcribitur à diuo Meſue, in ſuo antidotario, diſtinctio. vi. & eius uirtus eſt, ut ipſe refert, confortare ſtomachum, & hepar, & curare morbos cutaneos, ut ſunt ſcabies, lepra, impetigo, & alia quæ pendent a materia ſalſa. Aperit etiam oppilationes membrorum nutritiuorum, & ſummopere confert puſtulis & ulceribus morbi Neapolitani, ſi ponatur in medicinis & digeſtiuis &c. Syrupi autem de endiuia deſcriptiones ſunt multæ, ſed mea quidem ſententia confert in hoc caſu ſyrupus de ſucco endiuiæ, & eſt magiſtralis: deſcriptio uero eſt iſta: Reci. ſucci endiuiæ depurati libras viij. zuccari fini lib. v.s. fiat ex eis ſyrupus ſecundum artem, uirtutes cuius ſunt iſtæ: confert ſtomacho calido, confortat hepar, & febrilem caliditatem extinguit: & ideo quando cum iſta ægritudine eſt febris complicata, eſto memor ſy-

rupi

rupi de endiuia. Hoc idem dico de aqua endiuiæ, ut colligitur ab Auicen.ſecundo canonis,cap.de endiuia. Deſcriptio ſyrup.de lupulis,credo quod ſit magiſtralis,nunquam tamen memini me legiſſe apud ueteres ipſam: ſed deſcriptio poſita ab autore luminaris maioris eſt iſta: Reci.ſucci lupulorum lib.ij. ſucci fumiterræ.lib.i. zucca.lib.iij.purificentur ſucci,& cum zucca. fiat ſyrupus. Et uirtus eſt mundare ſanguinem & choleram,& ſic extinguit caliditatem hepatis,& remouet ictericiam,& cutaneas ægritudines, confert aſthmati, & aperit oppilationes ſplenis,ut colligitur ab Auicen.ij.canonis,& à Meſue cap.de uolubili,quare multum cõfert huic diſpoſitioni. Syrupus roſatus mellinus, & dicitur à Nicolao mel roſatum,ſiue rhodomel:uel ſyru.roſatus & dicitur iuleniabin,& eſt etiam ſyru.ex infuſione roſarum, & deſcribitur à diuo Meſue loco dicto,ſunt ferè eiuſdem uirtutis: nam mel roſatũ confert ſtomacho debili, digerit materiam phlegmaticam groſſam tam in ſtomacho quàm in hepate, & rectificat membra nutrientia,auget calorem digeſtiuum,& confortat cerebrum. Conſimiles ſunt uirtutes ſyrupi roſati de zuccaro,niſi quod ſunt debiliores:quare confert, materia non ita groſſa exiſtente. Syrupus de ſticados, deſcriptus loco ut ſuprà, confert ægritudinibus frigidis neruorum, confortat ſtomachum & caput, digerit materiam phlegmaticam & melancholicam, & ualet ad omnes ægritudines neruorum frigidas. Syrupi de epithymo deſcriptio etiam ponitur à Meſue vi.diſtinctio. antidotarij,& confert ſcabiei,& ſaphati,ulceribus malis melancholicis,in quibus ſunt humores mali aduſti, & digerit materiam groſſam, in qua diuerſa eſt mixtio melancholica & maligna, & ideo confert multum huic diſpoſitioni &c. Virtutes autem aquarum endiuiæ: fumiterræ,& lupulorum,ex uirtutibus in ſuis ſyrupis dictis habere potes. Sed uirtus bugloſſe & boraginis,eſt confortare cor & rectificare ſpiritus, qui eſt inſtrumentum naturæ, cum quo expellitur nocitiuum &c.

Solatrum confert huic ægritudini,prohibendo ebullititionem humorum, & ubi materia mouetur: facta ebullitione, ad membra

bra ſiue ſint iuncturæ ſiue partes cutaneæ, ſi ſolatri aquam cum
alijs conferentibus huic ægritudini dederis, erit notabile præſi-
dium. Trifolilium ſua proprietate confert doloribus neruorum,
confortando uirtutem naturalem membri, & ideo dixit Meſue:
ſumma ſecunda ſui Crabadin, autoritate Dioſcoridis, quod ſecun-
dum omnē modum adminiſtrationis confert ægritudinibus neruo
rum, & appellat ipſum ziniam, ut quidam expoſitor ſentit: ſed de
hoc nō facio uim cum illis qui dicūt quod eſt iua, nam iua confert
doloribus neruorum à materia frigida, & aperit oppilationes he
patis à materia cruda, & ipſam digerit, ut dicit Auicen. ij. cano-
nis, cap. de camepity: & ideo ſi cum dictis aquis lymphentur ſy-
rupi, erunt digeſtiua conuenientia. Nota tamen quod ſunt multi
alij ſyrupi & aquæ conuenientes huic ægritudini, tam primariæ
quàm correctiuæ: ſed iſti dicti ſunt uſuales. Tu uero ſecundum in-
digentiam utere iſtis & alijs: adde in quamcunq; , quoniam parti-
culares proprietates indiuiduorum particulari indigent iudicio.
Poſſumus etiam in digerendo materiam iſtam dare decoctiones
doctorum & magiſtrales, inter quas ſummopere laudo decoctio-
nem epithymi Meſue, in ſuo antidotario diſtinct. vij. & ponere ℥.
iij. dictæ decoctionis cum ℥. i. s. ſyruporum, aut ℥. ij. ſecundum ne-
ceſſitatem, ut dixi ſuprà: quoniam mirabiliter confert, hepar con-
fortando, ſanguinem mundificando, & ipſum rectificando. Et ſic
erit digeſtiuum nobilius præ alijs in tali ægritudine, & maxime
quando eſt cum multis puſtulis, in quibus prædominium humoris
melancholici apparet. Sed aliquando poſſumus dictam decoctio-
nem tribuere in maiori qnantitate, utputa ℥. vi. uel plus, & erit
ſolutiuum ſatis domeſticum, euacuans ab hepate & uenis materiā
malam permixtam, quæ baſis iſtius ægritudinis eſt. Et ego multos
ſanaui in principio iſtius ægritudinis, ex potu quotidiano iſtius de
coctionis digerendo ut ſuprà, & euacuādo, & quando uolebam
augere uirtutē ſolutiuam, admiſcebam electuarium aliquod, utpu-
ta confectionis Hamech ℥. vij. & ſic mihi & ægrotantibus bene
fuit, & aliquando ego addo & minuo res ingredientes ſecundum

indigent

indigentiam. Sæpe uſus ſum decoctione epithymi ſine agarico, & ſæpe addo in ultimo puluerem hermodactylatum, exiſtentibus doloribus iuncturarum: deſcriptionem cuius ponam infrà, & bene fuit cum bono regimine dicto, & phlebotomia bis & ter facta, interuallo unius hebdomadæ inter unam & aliam interpoſito. Et ubi multa quantitas puſtularum malarum apparet: cum uentoſis ſcarificatis ſæpe appoſitis procedo, & aliquibus interpoſitis diebus reitero ipſas. Sic enim in materiam groſſam paulatim digerendo & paulatim euacuando iubent antiqui procedere, maxime Auic. prima quarti, cap. de febre phlegmatica. Sed quoniam hic ſermo de digeſtiuis eſt, dicta iſta incidentaliter ſufficiant. Ad digeſtiua alia deuenio, & eſt decoctio ex inuentione noſtra mirabiliter conferens huic ægritudini nouæ, & antiquæ, digerit & euacuat materiam heterogeneam ex diuerſitate malignam exiſtentem in hepate & alijs membris, rectificat uirtutem membrorum nutritiuorum & deſeruientium, mundificat ſanguinem à phlegmate crudo, & ipſum rectificat. remouet deſœdationes cutaneas, & exiccat materiam frigidam in membris exterioribus longinquis, confortat cerebrum, & corroborat omnes uirtutes corporis. Cuius hæc eſt deſcriptio, R. foliorum ſenæ ℥. i. s. fumiterræ ℥. i. capillorum Veneris ℥. s. ſcolopendriæ ℥. s. pithymi, thymi, ana ʒ. vij. polypodij ℥. iiij. florum bugloſſæ, boraginis ana ʒ. vi. liquiritiæ raſæ ʒ. iij. colocynthidis ℥. ij. hellebori nigri ℥. i. s. myrobalanorum Indorum ʒ. vij. prunorum damaſcenorum numero xij. ſebeſten numero x. tamarindorum ℥. i. ſucci fumiterræ libram unam, aquæ fumiterræ q. ſ. miſce, & fiat decoctio ſecundum artem, & facta diligenti colatura cum expreſſione, ſumatur pro digeſtiuo cum ſyrupis iam dictis, quæ etiam eſt domeſticum euacuatiuum. Vel cum ipſa diſſoluantur electuaria ad ſoluendum, & eius doſis pro digeſtiuo cum ſyrupis ℥. iij. & ſola pro euacuatiuo ℥. v. & plus & minus ſecundum diſpoſitionem patientis & uirtutem & tempus, & cum electuarijs quantum pro diſſolutione ſufficit &c. Multos etiam cum iſta decoctione ſanaui, dando ipſam pro digeſti-

geſtiuo in pauca doſi, cum ſyrupo roſato uel alio ſecundum neceſſitatem, & pro ſolutiuo in maiori doſi: & tu eſto prudens, & nunquam errabis dando ſecundum indigentiam. Alia etiam utor decoctione quæ digerit materiam groſſam, & ſoluit uentrem leniendo, & confert iuuamento notabili huic ægritudini, & eſt iſta: R. ſenæ ℥.ij. aquæ lactis libras ij. s. infundantur per diem & noctem, deinde bulliant bullitione una & colentur, quæ colatura eſt in pauca quantitate puta ℥.iij. digeſtiuum bonum, & in maiori quantitate ſoluit uentrem ſolutione leni, & potes in iſtam etiam ponere ſyrupos & diſſoluere electuaria, ut dictum fuit in alijs. Valet etiam multum, & eſt experta decoctio facta cum polypodij, epithymi, & ordei ana partibus æqualibus, & decoquantur in quantitate ſufficienti aquæ lactis, uel cum iam dictis decoquantur ſecundum diuerſas inuentiones. Et ſic ex dictis habebis medicamina diuerſa digeſtiua tam materiæ antecedentis quam coniunctæ, experta in iſta ægritudine: quæ ſi conuenienter adminiſtrentur, proculdubio præparabunt corpus ad reſolutionē eradicatiuā, cum qua fit perfecta morbi ſanatio, ut etiā per ſimplicia in dictis ingredientia facilime perſuaderi poteſt. Facta igitur aliquali ſubtiliatione, digeſtione, ſiue præparatione, cum ægritudo ſit materialis, & de repletione, quod euacuare oportet nulli dubium eſt, quamuis plenitudo nō ſit cauſa primaria. Quod autem ægritudo repletionalis indigeat euacuatione, teſtatur Galenus commento illius Aphor. Quecūq; ægritudines fiunt de repletione &c. Sed quoniam euacuationes aliquando minoratiuæ, & aliquando eradicatiuæ fiunt, in iſta igitur ægritudine conuenit prima euacuatio minoratiua, cum nō ſit ægritudo ſeruans materiam ad unam creticam ſiue eradicatiuam expulſionem ſed chronica, in qua de nouo regenerantur materiæ, & ideo paulatine digerendo, & paulatine euacuando alleuiat naturam, & prohibet multitudinem iſtius humoris facientis diuerſa accidentia, ut ſunt puſtulæ, dolores &c. Sed nota quod qui fortiter euacuant in iſta ægritudine, ſæpe exterminant calorem naturalem, & euacuant materiam ſubtilem & groſſæ remanent, & ſic

Aphor. 2 par. 2.

ægritudo

ægritudo deterior redditur. Quare minoratiua euacuatio erit in primis cum aliquo electuario benedicto, uerbi gratia, cum electuario lenitiuo de ſebeſten: confexione Hamech, electuario de dactylis, de pſillio Montagnanæ, de ſucco roſarum, & alijs, aut cum uno iſtorum, aut cum pluribus ſimul miſcendo, ſecundum neceßitatem & uirtutes eorum de quibus dicam infra, & hoc ſi materia fuerit cum dominio humorum ſubtiliũ: & puſtuloſa &c. quæ electuaria poſſunt dari in forma boli cũ zuc. uel diſſoluta cum aquis appropriatis iam dictis: uel cum decoctionibus ſecundum ægri uoluntatem. Vel loco eorum utere pilulis, ſi aliqua cauſa ipſas poſtulet, aut ægri uel morbi. Et ſunt pilulæ de fumoterræ, uel Aggregatiuæ, uel pilulæ Indæ, cum aureis: aut cum pilulis fœtidis. uel cochijs, uel cum agarico trochiſcato, ſecundum diuerſas intentiones dando de ipſis ſolis & mixtis duabus aut pluribus, ſecundum earum uirtutes. uel fiat cum aliquo alio pharmaco æquiualente, quod ſit ſecundum uaturam morbi, & uirtutem patientis. Sed ne te decipiant nonnullorum euacuationes fortißimæ, quæ non ſolum ſunt horribiles, ſed in ueritate ſunt cauſa augmenti iſtius morbi, quoniã debilitant ſtomachum & hepar, ex qua debilitate ſequũtur maiora accidentia, & cauſæ iſtius ægritudinis corroboratio. Et ideo debemus cum euacuãtibus benedictis correctis ꝓcedere. Quod ſi quis dicat materiã iſtã uiſcoſam eſſe & groſſam, ideo indigere fortibus euacuantibus: hoc reſpondeo eſſe uerum, ſed debemus facere ut docet Auic. prima quarti, ſecundum neceßitatẽ medicinã debilẽ fortem, & fortem debilẽ, ut ſi demus electuariũ de ſucco roſarũ, quod eſt medicina fortis, debemus dare in pauca quãtitate, ita quod educat bis aut ter ad plus, & dare cũ ipſo electuarium lenitiuum, uel aliud nõ laborioſe euacuans, ſicuti eſt hiera picra. Inquit Auenzoar primo theiſir, cap. de ſciſſuris labiorum, omnia laxatiua quæ uiolenter & impetuoſe laxant trahũt humorem à toto corpore ad ſtomachum, & purgãt totũ corpus ſtomacho repleto remanente, & cum hoc etiã talis medicina habet totum corpus deſiccare: quare humor malus in ſubſtãtia ſtomachi

machi habet remanere. Quod ſi ita eſt, uides quantus ſit error illorum, qui accipiūt pilulas a quibuſdam aromatarijs quæ laxāt uſq; ad ſanguinem: & iſti aromatarij male faciunt, dantes huiuſmodi medicinas laborioſas ſine conſilio medicorum, in quacunq; ætate, in quocunq; ſexu, & tēpore, & ſic ſunt in cauſa quod multi toto tēpore ſuæ uitæ cum iſta peßima ægritudine remanent. Non minor error illorum eſt qui decoctionē colocyntidæ, & aliarum rerum quæ naturā ueneni habēt, ſine aliquo correctorio tribuūt, addentes ſuper cauſam primam ægritudinis, quæ eſt hepatis debilitas quare ne ſim nimis prolixus, dimitto hoc, & ſufficiat me medentes excitaſſe, ut ab iſtis fugiant, & mitiora ſequantur medicamina. Et ut clarius me intelligas, modus euacuandi à principio ſit talis medicinæ ordinatio, uerbi gratia, R. elect. lenitiui ℥.i. confectionis Hamech ℥. s. miſce, & cum zuccaro fiat bolus, uel cum aquis endiuiæ, fumiterræ, & lupulorum, q. ſ. fiat potio. Vel fiat cū decoctione epithymi, uel cum decoctionibus noſtris, ut melius tibi uidebitur, & ſumatur in aurora per quinq; horas ante prādium: uel loco iſtius, ſi neceſſitas aliqua te cogit, aut propter melius, uel materia ſic poſtulante, potes dare pilulas: uerbi gratia R. pilularum aggregatiuarum, de fumoterræ, ana ℈. ij. fiant pilulæ quinq; & ſumantur in aurora: & tempus comedendi ſit per ſpacium quinq; horarum ut ſuprà ad minus. Quod ſi æger fuerit ſtiptici uentris, adde doſim electuariorum, uel pilularum, & augeatur uirtus pilularum cum diagridij granis duobus uel tribus, & plus. Et ſi quæratur maior penetratio, cum tantundem ſalis gemmæ, & ſic procede & euacua ut dixi. Quod ſi aliquando contigerit, quod pharmacum non educat, adiuuabis cum clyſterio communi. Facta iſta prima euacuatione cum materia non ſit una uice eradicabis, iterum dentur digeſtiua, ſiue ſyrupi per tres aut quatuor dies uel ſex, ſecundum tolerantiam infirmi, & iterum dentur medicamina ſolutiua dicta, in forma potionis uel boli, uel dentur pilulæ, & ſic procede ad ſanitatem perfectam, dico, quando ægritudo eſt noua & puſtuloſa. Sed nota, quod ſi æger eſt cum puſtu lis

ſtulis multis, ſemel in hebdomada apponere decem uel plus uentoſas eſt ſingulare præſidium, quoniam ex documento Hippoc. Aphor. 21 undecunq; natura repit, inde educere oportet, & cum natura ad part. 2. cutaneas partes hoc facit, apponantur ſæpe, utputa quater aut quinquies antequam perfecta ſit pharmacorum purgatio, & ego iſto regimine multos ſanaui. Verum ſi corpus eſt plethoricum, ego facio phlebotomiam poſt primam euacuationem cum pharmaco, à uena baſilica dextri lateris. Et quantitas ſit ſecundum diſpoſitionem ægri, puta quinq; unciarum, & ſex & plus & minus. Et aliquando reitero ipſam poſt decem dies, neq; hoc eſt inconueniens, quoniam multi fuerunt ſanitati reſtituti qui nouiter ægrotarunt, ex ſola phlebotomia cum bono regimine, & duos iuuenes uidi qui ex apertione uenæ ſaphenæ tantum uſq; ad ſincopim fuerunt liberati. Sed eſto prudens, quia non competit omnibus, & tutior uia eſt media. An phlebotomia conferat diſputabimus poſt, reuertamur unde diſceſſimus, & deſcribamus electuaria & pilulas cum ſuis uirtutibus, ut canonica ſemper ſit cura & exhibitio cuiuſcunq; medicinæ &c. & primo deſcriptio electuarij lenitiui eſt magiſtralis, & eſt iſta, R. paſſularum ℥.ij. capillorum Ven. uiolarum, ordei, ana manip. ſ. iniubarum, ſebeſten, ana numero xx. liquiritiæ ℥.ſ. prunorum tamarindorũ ana ʒ.vi. foliculorũ ſenæ, polypodij ana ℥.ij. miſce, fiat decoctio in aqua fontis ad cõſumptionẽ tertiæ partis, deinde addatur mercurialis manip. i.ſ. bulliãt bullitione una, & coletur, & diſſoluatur pulpæ caſſiæ, tamarindorũ, prunorum, zuccari fini, zuccari uiolati ana ℥.vi. coquendo lento igne, & agitando ſemper cum baculo, & in fine adde pro qualibet libra electuarij ℥.i. & ʒ.iij. foliculorum ſenæ puluerizati, & fiat electuarium ſecundũ artem, doſis eſt uſq; ad ℥.ij. & eſt medicina benedicta, educens utranq; materiam, leniẽdo & confortando membra naturalia, & ducit etiam choleram minoris famæ, confertq; multum ægritudinibus cutaneis, quare cum eſt febris, cum iſta ægritudine da electuarium lenitiuum cum alijs, quoniã multum cõfert. Electuarium de ſebeſten deſcribitur à domino

Bartholomæo Mõtagnana in ſuis cõſilijs, in antidotario, & doſis eius eſt uſq; ad unc. i. cõfert febribus, & leniendo educit utranq; materiam, & aliquando melancholiam, mundificat ſtomachum, hepar & renes à materijs uiſcoſis groſsis, mundificatq; ſanguinẽ, & ideo huic ægritudini multum confert &c. Confectio Hamech deſcribitur à D. Meſue diſtinc. iij. ſui antidotarij, & eſt prima: eius doſis eſt uſq; ad unc. s. ualet ad ægritudines ex cholera & phlegmate ſalſo, & maxime cutaneas, ut ſunt ſcabies, & aliæ infectiones, mundificat ſanguinem, & educit materiam groſſam heterogeneam, cum qua multos ſanaui qui à puſtulis & ulceribus malis uexabantur: quare ſemper in iſta ægritudine cum cæteris in euacuatione adde aliquid de confectione Hamech. Electuarium de dactylis deſcribitur à Meſue loco allegato, & dicitur medicina ſecuritatis, doſis eius eſt uſque ad unc. i. euacuat materiam phlegmaticam groſſam & putridam non à remotis, ob uiſcoſitatẽ dactylorum, ſed à uijs communibus, ut eſt ſtomachus, hepar, & inteſtina: quare eſt cõueniẽs à principio electuarium de pſillio, cuius deſcriptio ponitur à D. Rartholomæo Montagnana in ſuo antidotario: eius doſis eſt uſq; ad drac. vij. euacuat leniẽdo materias omnes: & cuiuſcunq; permixtionis, extinguit calorem febrilem, mundificat ſanguinẽ, & confortat omnes uirtutes corporis maxime naturales. Electuarium de ſucco roſarũ deſcribitur à Nicolao in ſuo antidotario, & eius doſis eſt uſque ad drach. iij. & confert doloribus iuncturarum, euacuat utranq; materiam phlegmaticam uidelicet & cholericam, & maxime à remotis, quare eſt conueniens dare quando ſunt dolores neruorum & iuncturarum. Ex dictis collige ſecundum neceſſitatem ponendo unum cum alio in forma boli, uel fiat potio cum aquis in cap. de digeſtione, uel cum decoctionibus, ſecundum quod tibi melius apparebit. Et crede mihi, quod ſi materia eſt puſtuloſa, & in principio ægritudinis, cum bono regimine, & cum phlebotomia, & uentoſis ſæpe poſitis cum ſcarificatione, ſanabis abſq; dubio domino auxiliãte. Sed ut pilulas etiã canonicè des, earum uirtutes ſcribam. Deſcriptio pilularum de fumo-

ſumoterræ ponitur ab Auic. quarto canonis, Fen ſeptima, cap. vij. tertij tractatus, doſis eius eſt drach. i. s. euacuant materiam corruptam heterogeneam cum admixtione humoris aduſti & phlegmatis ſalſi, & ſanant infectiones cutaneas, aperiunt oppilationes ſplenis & hepatis, conferunt multum huic ægritudini, & eſt medicina ſiue ſolutiuum forte. Pilularum aggregatiuarum deſcriptio ponitur à Meſue diſtinct. x. ſui antidotarij, & earũ doſis eſt uſque drach. i. s. uirtutes quarum ſunt euacuare utranq; choleram & phlegma, mundificando hepar & ſtomachum, & educere iſtas materias à capite & alijs membris. Pilulæ Indæ deſcribuntur à Meſue loco dicto, & doſis earum eſt uſq; ad drach. ij. ualent ad ægritudines cutaneas, ut eſt lepra, ſaphati, & morphea, & ad ægritudines melancholicas, & euacuant humores corruptos malæ permixtionis, & ſunt mirabiles huic ægritudini, quas multoties ſum expertus, & maxime nouiſsime in quodam iuuene ætatis xxv. annorum, cholericæ complexionis ſatis aduſtæ, qui ex contagione mulieris patiebatur hanc ægritudinem, cum ulceribus in uirga profundis & corroſiuis, cũ doloribus iuncturarũ, & aliquibus puſtulis in capite, & hinc inde p corpus ſparſis, quæ ex colore ad nigredinem oſtendebant aduſtionem humorum, & permixtionem humoris melancholici, cum quibus patiebatur in occaſu ſolis dolorem intenſiſsimum capitis, qui non ſolum extrinſecus ipſum infeſtabat, uerum etiam communicabatur uentriculis ipſius cerebri, ita quod in augmento ipſius doloris deueniebat ad inſaniam & maniam: furebatq;, ita quod ab omnibus maniacus dicebatur, & uulgares dicebant quod uexabatur à dæmonibus, unde uocatus ad ipſum ſtatim uiſis dictis accidẽtibus iudicaui materiam malam melãcholicã ex cholera admixta cum materia morbi iſtius, quæ uaporabat tempore paroxyſmi ad cerebrum (nam ægritudo iſta in dolorib. eſt paroxyſmalis, ut patet) eſſe cauſam horum accidentiũ: quare his uiſis, in primis facta aliquali digeſtione cum ſyrupo de ſumoterræ, endiuiæ, & roſato, ana unc. s. cum aquis boraginis, ſumiterræ, ſolatri, ana unc. i. dedi euacuationem

iſtam minoratiuam. R. electuarij lenitiui, & de ſebeſten ana drach. vij. confectionis Hamech drach. ij. s. ſucci roſarum puri unc. s. aquarum bugloſſæ, boraginis, fumiterræ, ana quantum ſufficit, miſce, & fiat potio quam iuſſi ſumere in aurora, & quinq; horis poſt accipere prandium: & iterum ſequenti mane dedi digeſtiuum magis appropriatum, & fuit tale: R. ſyrupi de endiuia, de fumoterræ, de ſticados ana unc. s. aquarum lupulorũ, fumiterræ, iuæ, ana unc. i. miſce. quod ſumpſit per duos dies: tertia die feci ipſum phlebotomare à uena baſilica dextri lateris, & extrahere unc. vi. ſanguinis: in ſequenti mane iuſſi dare digeſtiuum dictum, & ſic feci per tres alios dies: poſtea dedi ſibi in ſero hora xxij. in aduentu paroxyſmi has pilulas: R. pilularum Indarum ʒ. i. aurearum ℈. ij. fiăt pilulæ v. & ordinaui dare cœnam tranſacta hora tertia noctis, & in mane dedi digeſtiuũ per tres dies, quarta die feci apponere uentoſas xij. ſcarificas hoc pacto, ſex ſuper ſpatulas & dorſum, quatuor ſuper nates, & duas inter coxas propter ulcera uirgæ: ſequenti mane accepit ſuum ſyrupum, & in ſero iterum accepit hora dicta pilulas dictas: poſtea iterum per quatuor dies accepit ſyrupos, poſtea quinta die pilulas, & ſic perſeuerauit uſque ad uigintiquinq; dies. & iterum feci apponere uentoſas ut ſuprà, poſtea iterum accipere pilulas, in ueſpere tertij diei poſt uentoſas. Et ſic fuit ab iſta ægritudine & accidentibus malis & omnia liberatus. Vlcus uero fuit curatum cura ulcerum malorum, cum unguento noſtro maſtichino, infrà ſcribendo, quod ualet ad ulcera mala uirgæ & aliorum locorum: uerum eſt tamẽ quod ipſe accepit dictas pilulas in aurora per duos menſes, interpoſito ſpacio quindecim dierum inter unam & aliam acceptionem. Iſta incidentaliter uolui dixiſſe, ad clariorem doctrinam iſtius partis, quæ eſt cura per pharmacias & phlebotomiam & uentoſas, ut ſcias uirtutem pilularum Indarum multum conferre huic ægritudini: & ego utor ipſis quando eſt opus, & ægrotantibus bene conferunt. Sed nunc de alijs dicam, & ſunt pilulæ aureæ, quæ ponuntur à Nicolao in ſuo antidotario, & eius doſis eſt uſque ad drachmas duas, & ſunt

nobilio-

nobiliores præ alijs in ſua operatione, purgant phlegma & chole-
ram. & ducunt à capite, mundificant ſtomachum & hepar. Pilu-
læ fœtidæ deſcribuntur à Meſue in decima diſtinctione antidota-
rij, & doſis uſque ad drach. ij. euacuant materiam groſſam & cru-
dam in ſtomacho, hepate & inteſtinis exiſtentem, & educunt à
membris longinquis, ut ſunt iuncturæ, muſculi, & nerui: cōferūtq;
ægritudinibus cutaneis, ut ſunt albaras, morphea, lepra. Pilulæ co-
chiæ deſcribūtur à Raſi: in nono ad Almanſorē, cap. de cephalæa
& hemicranea, & doſis eſt uſque ad drach. i. s. euacuant materiā
phlegmaticam groſſam & crudam à capite & ſtomacho & inte-
ſtinis, & conferunt ægritudinibus neruorum frigidis. Modus con-
ficiendi agaricum præparatum elicitur ex dictis à Meſue capite
de agarico: doſis eius eſt uſq; ad drach. iij. & eſt medicina benedi-
cta familiaris purgās materiam groſſam & ſubtilem ab hepate &
ſplene mundificando ſanguinem, & aperit eorum oppilationes,
mundificat renes, pectus, matricem, & cerebrum à ſuperfluitati-
bus uiſcoſis, putridis, malis. confert omnibus ægritudinibus neruo-
rum & defœdationibus cutaneis, febribuſq;, quare huic ægritudi-
ni mirabiliter conuenit &c. Et ſic habes medicamina, tam digerē-
tia quàm euacuantia cum ſuis uirtutibus, cum quibus potes in iſta
ægritudine procedere. Verum quoniā multa eſt diuerſitas in ægri-
tudine iſta, & in accidentibus proprijs & communibus aliarum
ægritudinum, ideo tuum erit ultra dicta medicamina ſecūdū quod
neceſſitas poſtulabit, cum alijs etiam additis uel ſolis procedere:
hæc autem dicta ſunt ut ualeas per ipſa ultra procedere, ſecure &
moderate, ſemper tamen habendo oculum ad prædominium humo-
ris: & ideo ex dictis iam infero, quod uomitus multum confert fa-
cta aliquali digeſtione, & hoc tam ratione materiæ antecedentis,
quàm materiæ coniunctæ, & mirabiliter accidentibus prodeſt, nā
diuertit & euacuat, & ideo opitulatur doloribus, ulceribus &
puſtulis. Sed quia dictum fuit quod aliquando ſunt membra alia ab
hepate fouentia iſtam ægritudinem propter aliquam malam quali-
tatem uel ægritudinem, ut puta ſtomachus, renes, ſplen, cerebrum,

uel alia membra quæ poſſunt inficere maſſam ſanguineam: quare rectificare ultra id quod dictum eſt, & cōfortare dicta membra, erit uera & completa cura. De confortatione quæ poſt curam conuenit, in cap. de præſeruatione à recidiua dicam.

De conuenientia phlebotomiæ, uentoſarum, & ſanguiſugarum. Caput VIII.

SEd quoniam dictum fuit, quod phlebotomia in cura iſtius morbi conuenit, & ſunt alij dicentes, quod nullo pacto conuenit, ideo rationes ipſorum primo gratia indagandæ ueritatis audies: quarum prima eſt iſta: Phlebotomia non conuenit in ægritudinibus frigidis, quoniam eſt ſanguinis euacuatio, qui ſanguis habet ſua caliditate digerere, & regulare humores frigidos, ergo &c. Præterea iſta ægritudo non cognoſcitur niſi ex ſignis. Signa autē ſunt dolores, puſtulæ, apoſtemata dura, ulcera &c. Sed quādo iſta apparent, iam materia eſt ſparſa: ſed ſi quis faceret phlebomiam ſparſa materia, operaretur cōtra operationē naturæ, ergo &c. Adhuc autoritate Auic. capite de phlebotomia, primo canonis, Fen quarta. Nemo eſt phlebotomandus niſi ꝓpter malitiā ſanguinis, aut propter quantitatem, uel propter utrunq;, modo cum baſis ſit materia phlegmatica, quæ ſapit quoquo modo melancholiæ naturam: non conuenit phlebotomia &c. Præterea ut accipitur ex uerbis Galeni in libello de phlebotomia. ſumma ſecunda. c. i. non ſunt phlebotomandi qui à multitudine humorum per corpus totum grauantur, quando timetur de eorum cruditate: & cum iſte humor ſit frigidus: & per totum corpus, ergo &c. Vltimo arguunt quidam, experientia ſibi compertum eſſe quod ſemper phlebotomia in iſta ægritudine nocet, quare &c. Ad ſolutionem quorū primo eſt ſciēdum, quod phlebotomia eſt euacuatio uniuerſalis, quæ multitudinem euacuat. & multitudo eſt augmentum humorum ſuper qualitatē ipſorum in uenis: & hæc ſunt uerba Auicen. Fen quarta primi, cap. de phlebotomia. Quare quādo ægritudines ſunt materiales ex diuerſitate humorum: & maxime in maſſa

Huic ſententiæ aduerſatur Galenus libro 4. Method.

maſſa ſanguinea cõmunicatæ p uenas toti corpori,cõuenictiſſima euacuatio eſt phlebotomia,cõſiderata cõplexione,ætate,& regimine:& iſta eſt doctrina Galeni in libello de phlebotomia. Sed ne nimis hic ſermo noſter prolixus ſit,ad rationes reſpondeo,& primo ad primam dico,quod ægritudo iſta non eſt ſimpliciter frigida:ſed eſt ab aliquali diminuta caliditate tanquam à cauſa agente cauſata. Neq; ualet dicere quod à ſuperabundanti ſit denominatio,quoniam quid nominis cognitio, eſt uulgarium cognitio, ſed conſiderata admixtione cum quantitate aliorum humorum erit denominatio ſecundum quid,& non ſimpliciter. Præterea locus generationis qui eſt hepar & uenæ, ſunt de illis quæ nos omnino cogunt ad apertionem uenarum,cum per phlebotomiam facilius fiat hepatis & uenarum euacuatio. Præterea iubet Auicẽ. cap.de cura febris phlegmaticæ, prima quarti,ex ſolo rubedinis urinæ ſigno phlebotomare,quanto magis in iſta cum ſint alia ſigna à dicto. Et hoc idem in alijs frigidis ægritudinibus,ut in cura ſcrofularum,tertia quarti,& in quampluribus locis &c. Ad ſecundum dico,quod non operatur contra operationem naturæ, quoniã per phlebotomiam non euacuatur materia puſtularum & aliorum accidentiũ,ſed euacuatur ab ipſo hepate & uenis materia,quæ ſtat ſub cauſa antecedente & coniuncta,& ſic eſt conueniens:quoniam eſt cura per remotionẽ cauſæ. Ad tertium dico, quod autoritas Auicennæ eſt pro illis qui faciunt phlebotomiam, quia in iſta ægritudine eſt talis malitia in maſſa ſanguinea. Ad quartum dico,quod Galenus loquitur de illis,quorum uirtus non ſuſtinet phlebotomiam,nam eodẽ capite,& in ſequentibus quãdo materia eſt in uenis quãuis ſit cruda,iubet phlebotomare,& quãdo eſt ægritudo fortis præſens,aut futura,& ſi nullũ apparuerit accidẽs:ſed tantum ſit ſuſpicio. Quod autem iſta ſit fortis ægritudo,ſciunt qui paſſi ſunt,& qui patiuntur,& etiam qui curat ipſos. Ad ultimũ dico,quod experimentum ſine ratione eſt fallax autoritate Hippocratis:& ideo dicebat Galen. libello de phlebotomia,cap.iij. procœmij,quod organa inuentionis ſunt duo,uidelicet

experientia & ratio: quare iſte non eſt expertus cũ ratione &c. Sed ne decipiatur quis in phlebotomando, audi conditiones phlebotomandi à Galeno in dicto libello: & ſunt iſtæ: ætas iuuentutis, & per iuuētutem remouetur pueritia, & ſenectus: cõplexio calida cum amplitudine uenarum, ægritudo timoroſa facta uel fienda, malitia in maſſa ſanguinis, regio calida non reſoluēs uirtutem, & tempus anni non frigidum, neq; in diebus canicularibus &c. Et nono de morbis curandis, cap. xi. dicit: Phlebotomia fit, quando ſanguis eſt inutilis: & eſt dupliciter, uel quia non habet propriam qualitatem, & nutrire impotens eſt ut prius nutriebat, uel quia ſua quãtitate occupat uirtutem, & cauſat oppilationes &c. De quantitate uero phlebotomiæ non datur menſura, quoniam eſt in bono iudicio medici, ſecundum tolerantiam, & neceſſitatem ægritudinis. Et ideo non eſt mirum ſi aliqui cum euacuatione & phlebotomia uſque ad ſincopim, qui ſunt fortiſſimæ uirtutis iuuenes, in principio ægritudinis, in bono tempore anni fuerunt liberati, quoniam fuit facta eradicalis illius ſanguinis euacuatio in quo erat mala qualitas, cum qua non erat aptus nutrire: ſed iſti fuerunt pallidi & macilenti per multos menſes, & poſtea facti ſunt cum bono colore, & hoc fuit, quoniam per euacuationem phlebotomiæ uel aliam tota materia contagioſa remota fuit, & hepar ad aliam qualitatem mutatum &c. Tamen hoc non eſt tutum niſi in fortiſſima uirtute cum alijs conditionibus &c. Ventoſæ quoniam ſunt uicariæ phlebotomiæ, cum euacuatione per phlebotomiã coincidũt: & etiã ſanguiſugarũ applicatio ſi aliqua neceſſitate apponantur, puta ſuper hæmorrhoidas, uel in alio loco &c. Sed uentoſæ ut dicit Auicen. mundificant magis partes cutaneas quàm phlebotomia, & extrahunt plus de ſubtili quàm de groſſo ſanguine, & minus debilitant. Et ideo conferunt quando ſunt infectiones cutaneæ dicti morbi. Idem eſt dicendum de operatione ſanguiſugarum, niſi quod operatio eſt profundior &c. Poſſem & alia quamplurima argumenta adducere, ſed quoniam non militant, breuitatis gratia dimittantur.

Proœmium

PROOEMIVM LIBRI TERtij, & eſt ſecunda pars practicæ, in qua de medicina ligni Indici ſermo eſt. Caput I.

ALIAM *ſanandi hanc ægritudinem uiam poſtremo medentes laudauerunt, quæ eſt per aſſumptionem decoctionis cuiuſdam ligni quod fertur ex India: & hac de cauſa uocant uulgares hoc lignum, lignum Indicum: quæ ligni medicina, cum ſit quædam ſpecies pharmaci, in ſecũdo iſto loco non ſine ratione ſcribere eam decreui. Sed quoniam maximam obſeruantiam in tali potione, & ligni qnouis modo aſſumptione, & ratio ſuadet, & experientia comprobat, ideo omnia quæ neceſſaria ſunt ad curam per aſſumptionem dictæ decoctionis uel medicaminis, hac in parte ſcribam: & ne quid medentibus ad medelam deficiat, in primis deſcriptionem huius ligni ponam, ut à fide dignis ſcribentibus, & ratione, & experientia comprobata habere potui.*

De ligni Indici conditionibus. Caput II.

EST igitur lignum *Indicum arbor, quæ in inſulis ultramarinis naſcitur, & uocantur inſulæ illæ aut continens à modernis Colecut. Et magnitudo arboris eſt ſicut magnitudo arboris quam fraxinum appellamus, habens folia ad ſimilitudinem plantaginis in uenis, quæ non ſunt ita magna, ſed parua, rotunda & fortiora. Fructus iſtius arboris eſt caſtaneis in forma ſimilis: cortex arboris eſt cineritius tendens ad nigredinem: ſed illa quæ eſt cineritij corticis tantum, non eſt ita bona ſiue uirtuoſa in iſta cura. Großitudo iſtius arboris ad plus eſt hominis ſiue humani corporis großitudinis: ſed non omnes, quoniam quædam eſt ad inſtar tantum cruris hominis großitudinis, & aliæ minus. Color exterius poſt corticem eſt albus tendens ad citrinitatem: & in medio ligni eſt nigri coloris: & lignum quod plus habet de ſubſtantia intrinſeca nigra eſt melius: & quæ ſunt ad pallorem, non ſunt ita bona: eſtq; duriſsimæ ſubſtantiæ, ita quod uix incidi poteſt: eſt etiam ponderoſum ualde, ſed habens pinguedinem maiorem ſiue*

plus de humiditate, eſt melius: & eius odor eſt ſatis ſuauis, tam in ebullitione quam ſuper ignem lignum ponendo, quàm etiam ipſum odorando quando de nouo inciditur: & ad guſtum eſt cum aliquali amaritudine, ſed nõ manifeſta multũ. Et dicũt quidã, quod fructus eius eſt ſolutiuus &c. Sed ne te nomina decipiãt, nota qđ Hiſpani appellãt ipſum Guaiacũ: alij uero appellãt ipſum lignum ſanctũ: ſed maior pars appellat lignũ Indicũ. Et eſt difficultas nõ parua, an de ipſo antiqui aliquã fecerint mentionẽ: & multi tenẽt quod non: tamen ego reperio apud Auicen. ſecundo canonis, in litera K de Karon, dicit quod eſt lignum quod fertur ex India, & confert iuncturis & neruis: & lignum hoc ſimilatur multum ebeno in ſubſtantia, duritie & colore. & fortè quod eſt aliqua ſpecies ebeni. Decoctio eius quando decoquitur, eſt ſimilis ſero lactis & iunctura ipſius eſt lazuli coloris. Electio eius melius eſt lignum nouum à tempore inciſionis, & uetus ab eius ortu, groſſum in ſubſtantia, & in colore nigrum, cum gumma ſiue pinguedine, & ponderoſum, boni odoris, coloris corticis ſubnigri, & cum maxima medullari parte nigra, ſine alteratione aliqua, aut corruptione tarmarum ſiue uermium, uel ab humiditate corruptum, aut tempore: neque ſit nimis exiccatum, ut poſt inciſionem ſupernatet in aqua. Verum ſi quis haberet ipſum uiride, eſſet longe melius, neque eſſet cum ipſo tantus labor in ſanando. Et dicunt qui ab illis inſulis reuerſi ſunt, quod nulla eſt memoria apud ipſos aliquam fuiſſe ægritudinem quam nos morbum Neapolitanum appellamus: & ita omnibus ferè accidit ſicut apud nos uariolæ accidunt: & omnes ex medicamine iſtius ligni ſolius liberantur, nullusq; unquam fuit, qui ab iſto ligno non liberaretur. Ex quibus elici poteſt, quod ægritudo non eſt noua ſimpliciter, ſed nobis tantum, & fortè nec nobis, ſi quis recte cap. de olibano ab Auic. ij. canonis intelligat.

Et Hippoc. lib. iij. epid.

De qualitatibus, virtutibus, & proprietatibus ligni Indici. Caput III.

Non

NOn mediocrem utilitatem fore putaui, ſi huius ligni qua-litatem & naturam rationibus antiquorum medicorum, & experimento dilucidauero, cum nondum ab aliquo à me lecto id factum ſit, quibus poſtea operationes & uirtutes fa-cilius cognoſcere poterimus, ut docet Gal. v. de ſimplicibus, di-ſtinct. prima, cap. iij. & ſit etiam rectius inde morbo & accidēti-bus, iſto medicamine ſuccurrere. Notum eſt igitur medicis omni-bus in qualitatibus medicinarum, quod medicina non dicitur cali-da aut frigida, humida uel ſicca, niſi quia talem qualitatem poteſt imprimere in corpore noſtro: & cum hoc ſit, ut docuit Gal. in li-bello de ſimplicibus, iſtæ qualitates non tantum experimento, ſed etiam ratione inueniendæ ſunt: ideo iuxta Galeni doctrinam in di-cto libello, ut ipſe aperte declarat per experimentum, quod medi-cina quæ procedit calefaciendo ſemper dum occurrit corpori uſq; in finem, & ſemper addit in caliditatem dum permanet, ipſa eſt calida per ſe, & non per accidens. Et quod dico de caliditate, de alijs qualitatibus etiam intelligendum eſt. Quare ab experimen-to incipiens, lignum hoc ſemper procedit alterando per calidita-tem, ut patet ſi quis lignum in ore ponat, percipit manifeſtam ca-liditatem: percipiūt etiam qui decoctionem dicti ligni bibunt, dum manet in ſtomacho, inflammationem non incenſiuam, ſed ſatis ma-nifeſtam. Et hoc non tantum intrinſecus percipitur, ſed etiam ex-trinſecus: ſi quis lauet ulcera, aut membrum ſanum, dicit ſe perci-pere caliditatem ſatis notabilē, quæ remanet in ſubſtantia membri poſt lotionem: & etiam bibendo in gutture ſentiunt inflāmationē per aliquod ſpacium. Et hoc non debile eſt ſignum uirtutis calidæ iſtius ligni. Hoc idem atteſtantur accidentales qualitates, ut eſt ſa-por & odor, quamuis nō ſit neceſſarium experiri per iſtas, ut eſt ſententia ipſius Galeni ſecundo de ſimplicibus, diſtinctione ſecun-da, cap. iiij. attamen eſt utile, ut in alijs dixi: & ipſe etiam docet in dicto libello cū dicit, res quibus ſunt odores proculdubio eſſe cali-das. Nā odores fiūt à fumali euaporatione ſiue exhalatione, quæ arguūt caliditatē, ut dicit Ariſt. ij. de anima. Neq; huic rōni argu-

mentum

mentum de camphora obſtat. Sapor, ut dixi, eſt cum aliquali amaritudine, & ideo, teſtante Galeno eodem libello, debemus caliditatem per amaritudinem arguere, neq; decipior de rebus frigidis quæ ſunt amaræ. Et cum omnes iſtæ conditiones non ſint exceſſiuæ, declarant caliditatem non exceſſiuam: ſed temperatam cum aliquo exceſſu, ita quod omnino tranſcendit ſecundum gradum, non enim accedit ad tertium. Et cum ex dictis ſiccitas aliqua ibi ineſſe appareat, non tranſit multum gradum primum, ut colligitur à Galeno quinto de ſimplicibus, cap. ultimo, in quo de gradibus medicinarum agit. Inquit ibi, Medicina ſecundi gradus eſt illa quæ manifeſte imprimit ſuam qualitatem, ſcilicet caliditatem & frigiditatem &c. & medicina quæ eſt primi gradus, ſenſibilis aliqualiter, ſed non manifeſte, ſed eget demonſtratione &c. Quare cum caliditas iſtius ligni ſit manifeſtiſſima, ſecũdum gradum tranſit. Et ſiccitas cum non ſit manifeſta ex toto, propter hoc dico eſſe uerſus ſecundum gradum in ſiccitate. Neque propter hoc ſpoliatur lignum ab alijs qualitatibus, & maxime ab humiditate, per partes pingues, & uiſcoſas, per quas ſoluit leniendo, quoniam, ut inquit Galenus in dicto libello, apertio fit per caliditatẽ. & lenitio per humiditatem. Quapropter ut ſummatim uerba dicta colligam, uirtus iſtius ligni eſt calida in ſecundo uerſus tertium: & ſicca in primo uerſus ſecundum, cum humiditate temperata. Et ne me à medicorum doctrina aberrare putes, audi Galenum libro tertio de ſimplicibus, diſtinctione tertia, capite primo. Vnaqueq; medicinarum, quamuis in ſpeculo oculi ſit una, ſimplex, ſingularis, tamen in natura ſui ſecundum plurimum eſt compoſita, & fortaſſe ſunt in ea uirtutes contrariæ ualde. Et paulò poſt dicit: Non eſt in hoc aliquid admirationis in una & eadem medicina propter aggregationem earum uirtutum, in eis uirtutem inueniſſe quæ calefacit, & quæ infrigidat, & quæ humectat, & exiccat, & uirtutem ſubtilem & groſſam. Et ſi uirtutes actiuæ propriæ non eſſent permixtæ hac permixtione, nõ permiſcerentur uirtutes ſecũdæ quæ ſunt poſt eas. hæc Galenus. Eſt igitur ut

Ligni Indici efficacia.

docuit

docuit experiẽtia,calidũ,aperitiuũ,diureticum,& ſudoris puocatiuum,eſtq; malarum humiditatũ diuerſarum reſolutiuum, & exiccatiuum,& eſt lenitiuum & abſterſiuum,& uentris ſolutiuũ, ſi ex puluere ipſius unc.iiij.quis ſumpſerit, & ſæpiſſime eſt conſtrictiuum,maxime cum multum ſudoris aut urinæ ex ipſo quis emiſerit,uel ſi cum rebus ſtipticis ſumpſerit,uel torrefacto, & confert ſtomacho ex multo phlegmate læſo,corrigit uitia hepatis & ſplenis,mundificat ſanguinem, & per uentrem educit materias diuerſæ corruptionis,& maxime frigidas, & credunt quidam ipſum eſſe ſingulare præſidium calculoſis:& quod etiam frangat lapidem,prodeſt podagricis à materia frigida,& eſt leproſis magnum præſidium,cõfertq; omnibus cutaneis infectionibus doloribus,& alijs egritudinibus neruorum,& aliorum mẽbrorum, & fiſtulis,ulceribusq; malis cum qualitate occulta, & ſanat diſpoſitionem morbi Neapolitani antiquam & nouam cum omnibus accidentibus:nam remouet puſtulas & ueſtigia earum: dolores in quacũq; parte ſanat,reſoluit apoſtemata dura,& ſi ad exiturã deuenerint,maturat,& aperit,digerit,& mũdificat,& cicatrizat ulcera,& ſimul corruptionẽ oßis rectificat,neruos cõtractos & exiccatos mollificat,& paralyſim ſanat.Infrigidatos & ſtupidos ab iſto morbo calefacit,& maraſmũ impugnat,malaq; olentia corpora ad bonũ odorem dirigit:oris malũ odorẽ tollit,aſthmaticos ſanat,ſquinãtiã malignã reſoluit,cerebri & aliorũ mẽbrorũ uitia omnia ab iſto morbo ſanat.Et ut cũcta unica dictione perſtringã, quæcunq; uitia & accidẽtia ab iſta ſiue noua,ſiue antiqua ægritudine euenire poßibilia,paulatine ſanat.Quare bene dicunt qui lignũ ſanctũ appellãt.Et uere ſancta eſt eius operatio,ſi quis cõſideratis uiribus & reliquis,ipſum ægris propinet,mirabilis ſequitur affectus.Sileant igitur maledici.Hæc ſatis de natura & uirtutibus ligni dicta ſint,& nunc de modo adminiſtrationis audies.

Morbo Neapolitano per lignum Indicum curando, quæ ſunt obſeruanda. Caput IIII.

REgimen, ſi quis cũ ligno Indico uult curari à morbo Neapolitano, in ſex rebus non naturalibus, & medicinarum ſitate: In primis caueat ab aëre frigido, à uẽtis malis, et locis ubi ſunt uapores humidi & putreſcibiles, ut ſunt paludes & aquæ mortuæ, & loca decliuia, & alia quæ in regimine ſex rerũ non naturalium dicta ſunt ante. & ſi non aliter, ſaltem alterando locum habitationis ſecundũ tempora anni. Et primo ante omnia oportet purgare corpus ægrum conuenientibus purgationibus, & non ut mulierculæ & imprudentes faciunt, ſed canonicè procedendum, ut dictũ eſt in regimine uniuerſali, in primis digerendo, conſiderata conditione ægritudinis & alijs, & hoc cum ſyrupis: poſtea facta aliquali digeſtione euacuare non laborioſe, ſed ſuauiter cũ ſolutiuis & lenitiuis appropriatis: & cum apparuerit aliquid uel plura ex ſignis de emiſſione ſanguinis, extrahatur iuxta uirtutẽ patiẽtis, & ægritudinis qualitatem: dicant in hoc garruli quicquid ſibi placuerit. Scio, & nemo doctus medicus ignorat, quod ſanatio fit à uirtute intrinſeca, remoto impedimento à medicamine: ſæpe etiam natura fortis ſine aliquo auxilio expellit quodcunq; nocumentũ. Nec propter hoc, cũ homo ſit diſtinctus à belluis, debet dimittere propriũ hominis, quod eſt ratio: quare ſi medicus ante aſſumptionẽ decoctionis iſtius ligni cognoſcit per ſigna corpus plethoricũ, & maxime in uijs cõmunibus, nullo pacto debet hanc medicinã diureticã dare, niſi prius uias iſtas cõmunes à ſuperfluitatibus emũdauerit. Et ego uidi aliquos ex crapuloſis, qui nullo accepto medicamine euacuatiuo, acceperũt iſtam decoctionẽ ligni, qui in deteriorẽ deuenerunt ægritudinem, licet moderate regerentur: & pauidos in pharmacis ſumendis, qui decoctionẽ ſumpſerunt pluries, & tamen adhuc laborãt: quare ſileat qui aliter credit, & rationi & experimẽto ſi eſt rationalis credat. Digeratur igitur materia ſecundum quod per accidẽtia & ſigna diuerſa cognoueris mixtionẽ: ut ſi eſt ægritudo noua puſtuloſa cũ rubedine &c. cũ ſyrupo de endiuia, roſ. & de fumoterræ, ana ℥.s. lymphentur, cum aquis puta bugloſſæ, lupulorum, & ſolatri, ana ℥.i. uel ſi eſt ſignum quod materia ſit

magis

magis groſſa, lymphentur cum decoctione epithymi Meſue, uel decoctione ſenæ, uel cum alijs infra ſcribendis, & hoc uariando ſecũdum diuerſa ſigna, tam in ægritudine, quàm in patiente, in complexione & alijs, utputa ſi æger fuerit mulier, & habuerit aliquod uitiũ matricis, ut ſæpe mulieribus accidit, pone ſyrupum de matricaria: uel ſi patiatur dolores inteſtinorũ, addatur aqua camomillæ: & ſic in alijs iuxta indigentiã. Quod ſi ægritudo fuerit antiqua cum doloribus iuncturarũ, & apoſtematibus, & ulceribus, addatur ſyrupus de ſticados, uel de epithymo, & lymphetur cũ aqua iuæ, uel de andacocha, aut cum decoctionibus noſtris. Et ſic ſecũdum iudicium boni medici digeratur per quatuor aut quinq; dies, ſumendo in mane calidum: & tempus prandii ſit per quinq; horas poſt aſſumptionẽ. Nota tamen quod quando eſt dolor capitis, utiliſsimum eſt ſumere ſyrupum poſt cœnam per tres horas ad minus: quoniam ultra hoc quod digerit & reprimit, confortat cerebrum ſua euaporatione, & ſic fit alleuiatio doloris. Aſſumptis ſyrupis, euacuetur pharmaco, aut phlebotomia. Quod ſi phlebotomare uis, à baſilica in primis incipiendũ eſt, & ſit dexteri lateris, extrahantur ℥. v. minus & plus, ut poſtulabit neceſsitas, cõſideratis dictis in cap. de phlebotomia: quieſcat poſtea æger p duos aut tres dies, & accipiat pharmacũ ex benedictis ut dictũ eſt: quod pharmacũ ſi fortè debile, uerbigratia, ſi ægritudo eſt noua & materia pauca ſubtilis, ut ſuprà dictum fuit, cũ electuario lenitiuo ℥. i. cõfectione Hamech ℥. v. diſſolutis cũ aquis dictis, uel cum decoctione epithymi Meſ. & ſi ægritudo fuerit cũ doloribus, addatur electuariũ Indũ, aut de pſyllio Mõtagnanæ, uel de ſucco roſarum &c. Quod ſi magis diligis pilulas, procede cũ pilulis de fumoterræ uel aggregatiuis, & alijs &c. Et ſi non indiges phlebotomia, poſt digeſtionem euacuabis uias cõmunes neceſſarijs euacuationibus: & cũ ægritudo eſt cum puſtulis, pone uentoſas ſcarificatas in locis ubi plus apparent, præterquam in capite & locis ubi non ponuntur: & hoc fiat ſemel uel bis ſecundum quod ratio & res ipſa dictat. Corpore ſic euacuato ſemel bis aut ter ſecundum prædicta, æger præparet

ſibi

ſibi cubile, in quo ſi fuerit hyems, ignis accendatur ex bonis lignis non putridis, neq; ex carbonibus: poſſumus etiam cum ſtupha ipſum calefacere, & feneſtre claudantur, non dico à lumine ſolis, ſed ne frigus ingrediatur, aut malus uapor: quod ſi æſtas fuerit, temperare aërem oportet aperiendo feneſtras bis aut ter in die, uel cum ſparſione foliorum temperatorum, quæ ſint boni odoris, ut ſunt camomilla, menta, folia ſalicis & uitis uua, & ſpargantur per cubile: & ſi fuerit neceſſarium propter nimium calorem aſpergatur aqua. Nota tamen quod frigus huic ægritudini nocet magnifice, & nihil prodeſt, neq; tutum eſt cum frigidis procedere, ſed ſemper cum temperatis. Inquit Galenus. Caliditas temperata confert omni rei: & hoc eſt clarum, cum anima utatur calido temperato pro inſtrumēto ad omnia quæ ſunt corpori neceſſaria. Cubili itaq; ſic præparato lignum modo infra ſcribendo præparetur.

Lignum Indicum in curatione morbi Neapolitani qua ratione præparandum. Caput V.

Lignum Indicum cum ſit duriſſimum, per limam aut raſpam, ſiue cum aliquo alio inſtrumento, in ſubtiliſſimum puluerem conuertatur. Et de iſto puluere accipe libras duas, & pone in olla noua nitida & uitreata, & deſuper pone aquam fontis, ſiue fluminis, uel putei libras XVI. & aqua ſit clara ſine malo odore & ſapore, & dimittātur ſic in infuſione per diem & noctem, uel per duos dies postea facta infuſione, ponatur ad ignem, qui ignis ſit lentus, & bulliant olla cooperta uſq; ad conſumptionem medietatis, ollaq; ſit magna, ita quod remaneat quarta pars uacua ut poſſit libere bullire, paulatineq; bulliat cum parua flamma, ſine fumo & inūdatione, & bulliendo oportet aſſidue deſpumare, ſpumamq; ſerua, quoniam eſt medicamē iuuatiuum quando ebibitur aqua, ſi cum ipſa ſpuma circa ulcera, & tumores, & dolores, & puſtulas inungantur: & quando non potes habere ſpumam, aqua prima hoc idem facit, ſi cum ipſa ulcera laueris. Conſumpta igitur medietate aque per ebullitionem dictam remoue ipſam ab igne, & dimitte ſic quieſcere per diem: deinde diligēter coletur per colatoriū,

& in uaſe uitreo ſeruetur. Et iſta eſt aqua ſiue decoctio prima. de qua ſumere oportet bis in die, uidelicet mane & ſerò, & dicitur decoctio prima, ſiue maioris uirtutis & efficaciæ: poſtea ſuper idem lignum quod prius ebullierit, pone totidem libras aquæ ſicut prius, uidelicet xvi. & iterum cooperta olla ponatur ad ignem, & bulliat ut ſuprà ad conſumptionem tertiæ partis, & cola ut dictum eſt, ſeruaq; in alio uaſe uitreo, de qua detur ægro ad libitum ſemper quando bibere uoluerit, uidelicet quando comedit, quoniam ſi poſſibile eſt uinum dimittere, oportet bibatur etiam de iſta ſecunda inter diem & noctē, ſi opus fuerit, ut quando adeſt ſitis. & iſta appellatur aqua ſiue decoctio ſecunda pro potu diurno. Nota tamen quod non eſſet bonum ſine potu iſtius aquæ, diem aliquem tranſire, quoniam operatio iſta eſt continua, ſucceſſiua, & paulatina, ut ne ſit tempus regenerādi nouam materiam. Ideo antequam prima decoctio epota ſit duæ aliæ libræ dicti⁹ pulueris ligni cum quantitate ſupradicta aquæ infundantur, & bulliat ut ſuprà, primam & ſecundam ſerua, ut quando prior bibita fuerit, aliam habeas preparatam, & procede uſq; ad finem curæ, quod erit ad minus, ut experiētia docet, ſpaciū quadraginta dierū. Et qui maiorem habent ægritudinem & antiquiorem, per ſpacium maioris temporis hanc decoctionem bibāt: uerbi gratia, per duos menſes uel per tres: ſi ultimam malignitatem ægritudinis habent. Neq; unum prætermittam, hoc eſt, quod quantum plus hæc decoctio ebullierit, decoctionem uirtuoſiorem & excellentiorem in operatione habebis, & citius ægros liberabis. Tamen omnia ſint moderata, & modo quodā medio parata. Sic etiam ſcies qđ quāto plus de iſta decoctione: ſiue prima ſiue ſecunda biberint, tanto citius euadent. Multum etiam cōfert, ſi non habent beneficium uentris, facere clyſtere cum dicta decoctione ſecunda uel prima.

Ligni indici ſumendi modus, itidemq; uictus ratio. Caput VI.

FActis euacuationibus dictis, præparatoq; cubili æger ſumat mane in aurora ciathum unum primæ decoctionis maioris

uirtutis. et ſit pōdus dictæ decoctiōis ℥. vi. & minus, ſi nō tolerã diſpoſitio, & plus puta ℥. xij. ſecundũ ægri uirtutem & toleran-tiam, & ipſam bibat calidã, & poſtea cooperiatur bene cũ pannis ſiue coopertorijs in lecto, & ſtet ſic per duas horas, & ſudet ſi eſt poſſibile: quod ſi ſudauerit, abſtergatur pannis calidis, & ſubtra-hãtur panni, & ſic quieſcat uſq; ad horam prãdij, quod dare opor tet per quinque ad minus uel ſex horas poſt aſſumptionem deco-ctionis: & eius prandium ſit unciæ quatuor panis bene fermenta-ti nō ſaliti, & unciæ tres carnis uitulinæ: uel hœdinæ, ſiue pullorũ gallinarum paruarũ, aut perdicis, aut ſint duæ merulæ, uel turdi, uel ſint quatuor aues nemorales: ex illis quæ capiuntur uiſco: & ſint cōditæ iſtæ carnes ſine ſale ſiue elixatæ fuerint ſiue aſſatæ, & bibat aquam, ſiue decoctionem ſecundam quantum ſibi libet, & quamuis non ſitiat, bibat, ut cibus admixtus cum dicta aqua effi-ciatur nutrimentũ medicinale: & ſic quieſcat per ſeptem aut octo horas poſt prandium, & iterum accipiat cyathum unum primæ decoctionis calidæ ut ſuprà, & cooperiatur in lecto per duas ho-ras, & ſudet ſi poteſt, & nihil comedat, & ſic dormiat. Quòd ſi ſitis adeſt tam in nocte quàm in die bibat aquam, ſiue decoctionem ſe-cũdã ad libitum, & ſic facere oportet omni die mane & ſerò uſq; ad uigeſimum diem, & plus ſi uirtus ægri tolerauerit. Tranſactis uiginti diebus, ſi uirtus ægri nō ſuſtinet cum unica comeſtione in-ter diem & noctẽ: ſpargatur cibus, & non multum augmentetur, ſed dabis tres uncias panis in prandio, & duas carnis, in ſero uero ad cœnam unciã unam & mediam panis uel duas, & unciam unam carnis, uel unã & ſemis: & cœna ſit per ſpacium ad minus quinq; horarum poſt aſſumptionẽ decoctionis in ſero. Quidã tamẽ aliter etiã dant aquam, quoniam incipiũt dare prima die duos cyathos, & ſecunda tres, & tertia quatuor: & procedunt uſq; ad decem, omni mane uſq; ad integram curam, & præcipiũt ſudare in lecto, ut dictum eſt, & obſeruant inediã in alijs: ſed hoc nō debet fieri ni ſi in robuſtiſſimo homine, quoniam ex nimo ſudore fit maxima uir-tutis reſolutio. Sed modus ſumendi decoctionem ſit iſte, uel ille,

quoniam

quoniam multos alios rationales poſſumus docere modos: ſemper tamen ſi poßibile eſt, uinum dimittere oportet, & nullo pacto bibere, niſi aliqua complicata fuerit ægritudo, cum qua potus nimius aquæ eſſet ultimum nocumentũ, uel quod non toleraret æger ſine potu uini, & in tali caſu dandum eſt uinum cum cibo, lymphatum cum ſecũda aqua, ut ego feci in quodam ſene quem liberaui ab iſta ægritudine per potum dictæ decoctionis: ſed quoniam erat cachecticus, quæ eſt præuia diſpoſitio ad hydropiſim, dabam uinum lymphatum cum aqua ſecundæ decoctionis quando comedebat tantũ. Nota tamen quod regula eſt menſuranda ægris. Dico hoc ne aliquando decipiaris: ſunt enim multi homines non tolerantes famem ſtomachi, propter conſuetudinem ipſam: quare eſto prudens, quia iſtis dandum plus panis & etiam carnis, utputa uncias ſex panis, & quatuor carnis. Et potes etiã aliquid non ualentibus ſine cibo dormire, dare: aut aliqua alia de cauſa ſine cibo in ſero quieſcere, quoniam ſunt multi qui ex fame in ſincopim cadunt, & ideo iſtis in ſero aliquid dabis, uerbi gratia, duos aut tres bolos panis, & pòſt bibant de ſecunda coctione &c. Et ſic unumquenq; ſecundum iudicium extimatiuum regulabis, quoniam in omnibus certa regula dari nõ poteſt. Semper tamen ſiue ſemel comederit, ſiue bis in die, mane & ſerò accipiat decoctionẽ primam, ut dictum eſt ſuprà, ad minus uſq; ad quadrageſimũ diem: neq; dies aliqua ſine potione dictæ decoctionis ſit, & obſeruetur regula in alijs, in regimine uniuerſali dicta, quoniã multi qui male ſe habuerũt in coitu & in alijs, & dimiſerũt hoc medicamen ante perfectã mundificationẽ membrorũ, & ſanguinis ab iſta materia, & ante perfectã hepatis rectificationẽ, ad deteriorẽ diſpoſitionẽ deuenerunt. Quare eſt neceſſarium procedere, & poſt ſanationem etiam quæ cognoſcitur per remotionem accidentium, & quod æger melius indies ſe habet, & hoc per duos mẽſes ad minus cum bono regimine in omnibus, & maxime in cibo & potu & in coitu: nam coitus in conualeſcentibus debilibus, eſt cauſa deterioris recidiuationis, non ſolum in iſta, ſed in omni ægritudine. Et hæc de modo aſſumptionis

 ptionis

ptionis dictæ decoctionis, quæ maxime eſt in uſu. Verum, ut dicũt qui ad nos modum iſtum medendi attulerunt, poſſumus etiam cum iſto ligno aliter curare iſtam ægritudinem, & facere ex puluere ſubtiliſſimo, & bene per ſetonem cribellato, electuarium: utputa, accipe pulueris ligni Indici ſubtiliſſime pulucrizati libram unam, ſyrupi de fumoterræ .q.ſ. uel cum paſſulis fiat electuarium, de quo ſumatur ab ℥.ß. uſq; ad ℥.i. in mane & aurora, & cooperiatur ut ſudet, & in omnibus ſeruetur regimẽ ut in aſſumptione decoctionis, & ſic in ſero accipiat etiam eandem quantitatem, & ſudet: ſed in potu ſumat aquã decoctionis, quando ſitit: & poteſt etiam pro potu facere ſic: R. pulueris ligni Indici librã .i. aquæ fontis libras xij. infundantur per diem & noctẽ, & poſtea bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, & coletur ut ſuprà dictum: & ſerua lignum ſemel decoctũ pro alia decoctione, cum tantundem aquæ ut ſuprà, & in reliquis ſeruabis ordinem ſuprà ſcriptum. Potes etiam conficere pilulas ex dicto puluere cum ſyrupo appropriato, utputa ſi ſunt dolores iuncturarum, cum ſyrupo de ſticados: quas pilulas dabis patienti mane & ueſpere, cum regimine dicto: quantitas ſit ad minus ʒ.iij. Hoc idem dico de conficiendo electuario, quoniã ſecũdum diuerſas diſpoſitiones ultra ſyrupum de fumoterræ potes addere alios, ut ſi eſt ulcus, cum ſyrupo de epithymo, & cum alijs ut neceſſitas poſtulat. Hoc etiam ſcito, quod quãdo corpus eſt ſtypticum, debes uti clyſtere communi, uel ex iſtamet decoctione, aut dare aliquod medicamen ex dictis, aut aliquas pilulas ſemel in hebdomada: aliqui uero dant pro ſolutiuo ʒ. iij. uel iiij. & plus pulueris dicti ligni cũ ſua decoctione, & eſt bonum. Nota quod poſſumus etiam per alembicum poſito in ipſo de puluere dicti ligni extrahere aquam, & ipſam propinare eo modo, quo decoctionẽ, uidelicet mane & ſero: ſed erit medicamen ualde debile: tu uero cõpone diuerſa medicamina cum iſto, & ſerua ordinem comedendi & bibẽdi in omnibus, & aliarum rerum iam dictarum. Dico hoc, quoniã ſunt qui ſine carne dant decoctionem iſtam, & pro cibo panis bis cocti, uncias quatuor ſemel in die porrigunt, cum uncia una paſſularum,

larum, quod non eſt extra ratione͂: tu uero iudicio eſtimatiuo, ſecundum diuerſas regiones & tempora potes uariare cibaria, non uariata tamen qualitate uel quantitate: & erit laudabile ſemper, ſi ultra experimentum rationibus procedas.

Quod præfata, hoc eſt ſubtilis victus ratio huic ægritudini in primis conueniat, cu͂ cæteris ad curam neceſſarijs. Caput VII.

QVoniam in regimine uniuerſali dictum eſt, quod non debemus in iſta ægritudine cum ſit chronica ſubtiliare multu͂ diætam cibi & potus, & hoc docente Hippocrate. Et tamen hic ſuprà dictum fuit, quod in curà per iſtã decoctionem, oportet ſubtiliſſima uel ſaltem multum uicina ſubtilitate inedia uti, ut ex dictis liquet: & hoc non ſolum uidetur contrarietas in ſermone, uerum etiam antiquorum medicorum regularum deſtructio: nam ſtat regula Hippocratis in multis locis Aphoriſmorum, quod tenuis diæta in lõgis ægritudinibus à uirtute non toleratur: eſtq; Galeni etiã dicentis: Oportet medicum habere duos oculos, dextrum ad uirtutem, ſiniſtrum ad ægritudinem. Et Auicenna dixit: Oportet ad id quod magis ſuſpectum eſt redire, & eſt uirtus. & mille ſunt autoritates: quapropter dicunt aduerſarij quod iſte modus curæ in iſta parte eſt irregularis: quare ut ueritas clarius appareat, nota in primis quod aduerſantes bene dicunt, ſed male applicant poſtea dicta autorum in actu practico, & hoc quoniam iſta non eſt ultima, neq; multum tenuis diæta: qui enim bibunt iſtam decoctionem, ſumu͂t in die librã unã aquæ decoctionis primæ, quæ aqua eſt ſpiſſa, corpulenta, & ſimilatur quando lignu͂ eſt bonum ſero lactis à quo non extractum fuit butyrum, neq; partes illæ caſei, quæ remane͂t: quare cum ſit ita, iſta potio eſt nutritiua, & facilis digeſtionis propter ſuam ſubtilitatem: & potius dice͂da eſt medicina cibalis quàm aliter. Deinde iſti bibunt per diem & noctem de ſecunda decoctione ad libitum, quæ etſi non ſit ita pinguis, eſt tamen corpulenta & nutritiua &c. & hoc docet experientia: neq; propter hoc dico, quod diæta non ſit mediocris, quam diætam laudant medici: nam

Apho. 4. part. 1.

Galenus in commento ſecundo quartæ particulæ Aphoriſmorũ dixit, quod abſtinentia totum corpus æqualiter purgat: & in prima particula Aphor. commento nono dixit: Taliter diætandus eſt infirmus, ut uirtus conſeruetur, & non nutriatur morbus. & in alio loco: Infirmis non debet uirtus augeri, ſed conſeruari: ſed diæta mediocris conſeruat uirtutem. Et tu adde, quod cum medicamẽ iſtud ſit leue, & paulatine per uenas trãſiens, rectificat, reſoluit, & omnes dictas operationes facit: quare ſi multa quãtitas cibi cũ dicta decoctione admiſceretur, extingueretur eius uis, & ſic aut multum debiliter operaretur, aut nihil: & multa alia dicẽda ſunt, quæ omnia ſi quis recte inſpiciat, nihil contra dicta prius, uel antiquorũ inuenerit: igitur conſiderata uirtute & alijs audacter diætabis. Nota etiam quoniam propter ſudoris aut urinæ à dicta potione emiſſionem, ſæpe fit conſtipatio uentris, quam rem ſecundũ maiorem partem non timent medici, ſed bene ſuccurrunt dando quando cõſtipatio uentris accidit pilulas de fumoterræ uel aggregatiuas, & de alijs ſecundum quod neceſſitas exiget: uel cum electuarijs dictis, puta cum electuario lenitiuo, de ſebeſten, de dactylis, & de reliquis, ut dictum fuit in cura per pharmaciam: nam ibi uirtutes eorum ſcripſi, ut recte ſecundum opportunitatem ipſis uti poſſis. Potes etiam cum clyſtere communi & alijs, uel cum iſtamet decoctiõe facere clyſtere, ut in alio cap. dixi. & ſic lenire uentrẽ: uel cum puluere dicti ligni mouere uentrem ſumendo ut ſuprà, dando ℥. iij. aut iiij. uel plus cum dicta decoctione, uel parũ brodij diſſoluto, & hoc fiat in mane, per quinq; horas ante prandium: & in die quo accipitur pharmacum ſolutiuum, aqua primæ decoctionis nõ debet ſumi, bene ſumatur in ſero. Et ſic oportet procedere uſquequo ſigna perfectæ curæ appareant: ſed communiter hoc fit in quadraginta diebus, & plus, ut dictum eſt, ſi ægritudo eſt antiqua, aut uirtus debilis. Quod ſi aliquando ægrum citius reſtaurare ſine cibo uelis, potus citò reſtaurat, ſed citiſſime boni odores reſtaurant, & hoc affirmat Galenus ſecundo Aphoriſmorum, commento xi.

Quod lignũ hoc facultate ſua morbũ ſanet, & non inedia: quo etiã pacto accidẽtia quæuis curãda ſint. Caput VIII.

MVlti qui ad pauca reſpiciunt auſi ſunt dicere, quod ſanitas quæ ſequitur per potionem dictam non eſt ab ipſa uirtute ligni, ſed a tenuitate inediæ: qui etſi ſine ratiõe & experimento hoc dicant, non tamen ſine autoritatibus antiquorum, una quarum eſt Galeni iam dicta quarta particula Aphoriſmorũ commento ſecundo: Quia, inquit ibi, abſtinentia totũ corpus æqualiter purgat: & confirmatur hoc autoritatibus alijs quãplurimis. Auerrois Colliget ſeptimo cap. primo dicit: Abſtinentia eſt ſpecies euacuationis. & multæ aliæ ſunt autoritates: quare ne in iſtis nimis ſit prolixus ſermo, ſciendum eſt quod etſi inedia æqualiter corpus purget, non tamen omnes humores corporis purgat, ut bene declarat Auer. loco allegato, quoniam unuſquiſq; humor per propriam uiam euacuatur, & per propria medicamina: non enim quodlibet agit in quodlibet &c. Imo dico quod nimia tolerantia cibi ſola eſt mala, quoniam exterminat uirtutem & auget materias frigidas, quæ eſt baſis iſtius ægritudinis. Sed quid opus eſt rationibus? Nonne ego pluries hoc expertus ſum, uidelicet regere patientes morbum Neapolitanum ſubtiliſſima inedia per menſem, & per duos menſes, & abſtinui multos à uino, & tamen potius deterius ſe habuerunt quàm melius? Virtus igitur ligni ſanat cum cibarijs admixta, quoniam aſſidua dictæ decoctionis aſſumptio paulatine maſſam ſanguineam rectificat & chylum, ex quo ſanguine ita rectificato & per uenas tranſeunte, habet infectum rectificare, & ſuperfluitates expellere, & alia facere, ut dixi: quare &c. Tranſacta ergo quadrageſima die, uel plus in ægritudine antiqua, ut dictum eſt, & æger nõ amplius biberit decoctionem iſtam, uel ſi etiam biberit, incipiat paulatine groſſius diætari, id eſt, cum maiori quantitate carnis & panis, ſumatq; ouum ſorbile, & bibat uinum pauciferum lymphatum aqua cocta ſimplici, uel cum re aliqua confortatiua ſtomachi, ut ſunt coriandri: & ſic paulatine procedat in dies, & reuertatur ad naturalem uſum. Dico hoc,

quoniam ſi prima die poſt tempus potionis, comederet quantitatem magnam cibi & biberet, ſequeretur omnino nocumentũ propter duo, quorum unum eſt debilitas ſtomachi: ſecũdum, quoniam natura non tolerat repentinas mutationes, ut dicit Ariſtoteles. Et quoniam hanc ægritudinem patientes non omnes ſemper manent in lecto, ſed maior pars ambulat, & exercentur: ideo dum bibunt iſtam decoctionem, ſi non poſſunt manere in lecto, ſtent in camera, ambulent, uel ſedeant, poſtquam per tres horas ſumpſerint decoctionem: neq; oportet multum corpus laborando defatigare, ſed ludant ludis domeſticis, & gaudeant cum amicis, & in die non dormiant, niſi in nocte, propter dolores uel aliquid aliud. Conceditur etiam ſomnus diurnus ad prouocandum ſudorem, uel ſi haberet ſtomachum debilem, ad reuocandum calorem poſt cibum: ſed non ſit nimis longus. Et hæc ſatis de regula uniuerſali ſint. Puſtulæ uero, dolores, apoſtemata, & ulcera, ungantur circùm cum ſpuma dictæ decoctionis primæ, nam confortat membra, digerit materiam & rectificat: & ſpuma ſit calida, unganturq; bis aut ter in die, etiam loca doloroſa, quoniam mitigat dolorem. Verum quia medicus eſt adiutor naturæ, ſi aliquãdo eſſet ulcus cum corroſione, alteratione, uel corruptione oſsis, procurandum eſt partem corruptam remouere cum inſtrumẽtis aptis, uidelicet ſcalpro uel fricatorio, ſi corruptio fuerit ſuperficialis: uel cum melle roſato, ſi tantummodo eſſet minima alteratio, uel denigratio. Hoc idem etiam in ſanandis ulceribus fiat: nam ſæpe ulcera ſunt mala, non obedientia, plena grumis ſiue duriciebus albis: quæ dum corrumpuntur, partes ſanas etiam corrumpunt, & ideo procurandum eſt de abſtractione & mundificatione cum inſtrumentis ſiue unguentis appropriatis, de quibus dicam in cura particulariũ accidentium, ubi de ulceribus & unguentis dicam: & ibi docebo modum ſuccurrendi omnibus accidentibus, uidelicet puſtulis, doloribus, apoſtematibus, & ulceribus: & ſcribam etiã de cõfortatione poſt curam perfectam. Expedit tamen poſt ſanationẽ per quindecim aut plures dies cõfortare ſtomachũ, puta cũ aromatico roſato uel

to,uel aliquo alio. Poſtea ſumere pilulas ſecundũ accidentia præterita,uel aliquod electuariũ cum ſyrupis digeſtiuis. ſicut uidebitur prudenti medico. Et ſic ego multos ſanaui per iſtã decoctionẽ, & ulcera aliquãdo cũ unguentis in cura per unctionem dictis: & aliquando cũ ſpuma curaui, imò poſt aſſumptionẽ dictæ decoctionis per aliquos dies, quoniã non fuerunt ex toto à materia iſta mũdati, cum unctionibus iuncturarũ proceſſi, & ſanati fuerũt: quare tuum erit cum ſis medicus, ſecundum neceſſitatem omnia moderare cum temperamento & ratione. & hæc ſufficiant.

LIBER QVARTVS.

Iuncturas morbo Neapolitano laborãtium, unctionibus argentum viuum recipientibus vtiliter illiniri: inibiq; de calida eiuſdem argẽti uini complexione, & argumentorum ex aduerſo pugnantium ſubuerſione.

Caput I.

HIS uiſis tempus eſt ad aliam ſanandi hanc ægritudinem uiam deſcendere, quæ etſi multis ingrata ſit, profecto ſi cum obſeruatione ipſa & conditionibus dicendis quis utatur, eſt infallibilis, & ſecuriſſima uia ſanandi hanc ægritudinem: & eſt cum iuncturarum unctionibus, in quibus argentum uiuum ingreditur: quæ unctiones ſiue unguenta non ſunt (ut multi credunt à modernis) ab Empericis inuenta, ſed ab antiquis in ſuis libris ſcripta & laudata: & nos poſteris ſecundum etiam neceſſitatem aliquid addendo, & alia conſimilia conficiendo ipſa extollimus, & laudamus: quoniam uirtutes ipſorum ſunt laudibus dignæ in iſta ultima & praua ægritudinæ. Neq; audiendi ſunt qui dicunt, quia unguenta iſta nocẽt neruis, ideo nõ debemus cũ ipſis ꝓcedere, & ægros ungere. Et ratio eſt, quoniam ipſi fortè non ſciunt, quod in unoquoq; medicamine hoc principale attendendũ eſt (quãdo medicamen melius non inuenitur) an ſit maius nocumentum iuuamento: quod ſi iuuamentum fuerit maius, debemus procedere &

applicare medicamen, factis aliquibus correctiuis & præparatio
nibus ad expellendum nocumẽtum, ut faciũt boni doctores in iſtis
unguentis, in quibus ponũtur correctoria, ut eſt axungia, theriaca
in aliquo, & ponitur ſticados in aliquo, uel ſaluia, et in aliquo oleũ
de iunipero, uel de terebẽthina, & de alijs: quæ omnia habet cõfor
tare neruos, & extinguunt malignitatẽ argẽti uiui: & ut breuiter
me expediam, apud omnes medentes eſt, & recitatur à Gentili in
expoſitione quinti canonis, quod medicina quarti gradus efficitur
ſecundi gradus per admixtionẽ aliarum medicinarum: remittitur
etiam malignitas uenenoſa per ea bezoar quæ ſunt ſibi cõtraria.
Quare cum à doctoribus diuerſa ponantur ad extinguendã mali-
gnitatem argenti uiui, diuerſa eſſent dicenda: ſed cum hoc de facto
rationales practicantes faciant, & ſuccurrendo ſi aliquod uident
nocumentum ab iſtis unctionibus, dicendum eſt quod nullum eſt in
applicando inconueniens: & quoniam maius eſt iuuamentum no-
cumento, ideo recte procedimus cum iſtis correctis, uſquequo ali-
quis melius inueniat. Alij uero aliter improbant iſtam uiam, & di
cunt quod eſt fortis, & quod cum unctionibus iſtis ſequuntur ma-
la accidentia, & ulcerationes oris, & gingiuarum cum fluxu con
tinuo materiæ phlegmaticæ die noctuq; fluentis, & ob hoc ſequi-
tur uigilia laborioſa & impotentia comedendi, dolores maxillarũ
& alia, ut ſunt fluxus uentris, paralyſis &c. Quare cum iſta ſint
accidentia & ægritudines malæ, non debet medicus ſanitatẽ iſtius
ægritudinis cum introductione iſtarum malarum diſpoſitionum
Part.1. quærere. Quibus facile reſpondeo: dixit nanq; Hippoc. quod ad
Aph.6. ultimas ægritudines ultimæ curationes ſunt potentes: & quamuis
Gal. in commento de india expoſuerit, & in alio loco de phleboto-
Lib.5. mia, tamẽ Aphor. ampliatur ad alias ægritudines, utputa ad ulce-
Meth. ra maligna. Cũ corruptione oſſis procedimus cũ cauterio actua-
li, quod eſt fortiſſimũ medicamen. Quis enim ignorat cõbuſtionem
ignis eſſe corpori humano crudeliſſimũ medicamen? tamen omnes
medici iubent procedere cũ ipſo: ita quod Princeps quarta primi
laudes cauterij eminẽtes dixerit: inquit, Cauterium eſt medicamen

ualde nobile &c. Et phlebotomia nonne fit per inciſionem uenarum? & purgatio cum helleboro, ſcamonea, & elaterio, quæ nocent ſtomacho, & alijs membris: quare ſæpe medici etiam curant ægritudinem unã introducendo aliam, ut paralyſim introducẽdo febrem, & ſcabiem malam Auic. cum euacuatione uſq; ad dyſenteriam: poſtea curãt febrem, & ſanãt dyſenteriam: & ſic nõ ſine ratione & autoritate faciũt qui utuntur unctionibus, facta euacuatione ſenſibili, uel inſenſibili illius materiæ ultimæ in malignitate, ſanant poſtea ulcera oris, & ſuccurrũt alijs accidẽtibus, ſecundum neceſſitatẽ: & cũ iſte uel cõſimilis proceſſus fiat in alijs, non eſt malum etiã in iſta facere. Sunt etiam dicẽtes, quod cura nõ eſt uera cum nõ ſit per cõtrarium, imò cum iſtis unguentis fit potius cõſtipatio, & quædã ſtupefactio. Et dicũt autoritate Auic. ſecundo canonis, quod argẽtum uiuũ eſt frigidæ cõplexiõis: & ad confirmandũ adducũt exemplũ de ſimia mortua ex aſſumptione argenti uiui, & de quodã aromatario qui credẽs potare aquam, caſu argẽtum uiuum bibit, & ſic mortuus eſt: quæ res non eſt credibilis cum ſit põderoſum, & nõ potabile &c. quibus apertis ſiue anatomizatis, inuenta fuit prope cor maxima quantitas ſanguinis coagulati: quare dicũt hoc à frigiditate argẽti uiui prouenire, & confirmãt iſtã non eſſe ueram curã, quia ex eius fumo ſequuntur paralyſis, & aliæ ægritudines frigidæ &c. Quibus reſpõdeo, dimiſſo Conſiliatore differẽtia. cli. & dico quod argentum uiuũ eſt calidæ & humidæ cõplexiõis, ut bene notauit doctiſſimus Plateazrius, in ſuo de ſimplicib. lib. & hoc cõfirmãt uerba Haliabbatis ſecũdo practicæ. c. xlviij. & Raſis tertio ad Almãſorẽ, ca. xxxiiij. & Galeni lib. iiij. de ſimplicib. dicentis quod uirtus argẽti uiui eſt calida, quãuis in nono de ſimplicibus fatetur ſe nullam habere experientiam. Hoc idẽ atteſtãtur operationes & uirtutes, quas ponit Auic. dicens quod eſt ſubtiliatiuũ: nam ſubtiliatio fit à calido. Neq; propter hoc negarem diuerſitates partium: quoniam, ut dixi in tractatu de ligno Indico, autoritate Galeni, una medicina ſingularis cum ſit ex quatuor elementis, habet plures partes à quibus diuerſi

diuerſi procedunt effectus: neque uerba Auic. qui fuit tantus uir in medicina, ſuperficialiter intelligenda ſunt: quia cum dixit, quod eſt frigidæ complexionis, oportet intelligere quod operationes cauſant effectus frigiditatis, & ultimo infrigidat, & eſt reſoluendo ſpiritus, & ſic reddit corpus infrigidatum, quoniam ſua caliditate ſubtili, penetratiua & eliquatiua, habet diſſoluere membra quæ ſunt ſubiecta detinentia ſanguinem. Et ſic fit inanitio ſpirituum, & mollificatio neruorum: & ſanguis redditur frigidus: & ita coagulatus fuit in ſimia: & aromatario conceſſa potatione argenti uiui, quia ſua caliditate nimium reſoluit, & ſanguis ita exinanitus conuerſus ad principale membrum intẽtione naturæ quærebat fortè calefieri à corde: & ſic fuit facta ſuffocatio, fortè reſidui caloris, uel etiam à malignitate ſpecifica illius argenti ad intra occidente, quare &c. Quod cum ſit ita, boni medici quia adminiſtrant argentum uiuum, in iſta cura corrigunt cum temperatis, ut eſt axungia, oleum liliorum cum ſaluia, olibano, myrrha, & theriaca, ut dictũ eſt, & paulatine applicãt iuncturis tantum, utputa ſemel in die, & quantitas eſt parua, quia duæ unciæ unguẽti ſufficiunt ungere pro uice, in quibus non ſunt ℥.iij. argenti uiui. Ex his patet reſponſio breuis ad hoc. Nocumentum, ut dixi, eſt minimum quid, & iuuamentum eſt maximum, & eius uirtus eſt calida, ut dictum eſt, & ideo nõ reprimit, ſed digerit, & euacuat cauſam ægritudinis ſenſibiliter ſæpe, ut apparet: & aliquando inſenſibiliter, quæ cauſa eſt materia illa uiſcoſa. Quod ſi à medicamine iſto aliquod nocumentum imprimitur, natura & medicus prudens corrigit, & confortat membra &c. Et ad omnes iſtas rationes adde, quod nõ ſemper res quæ nocent corpori ſiue membro ſano, nocẽt etiam ægro: ut quotidiana experiẽtia teſtatur in febriẽtibus, & in ægritudine particulari: uerbi gratia, eryſipelatibus conferunt, quæ ſunt notabiliter frigida, & ſanant, tamen frigida nocẽt, & deducunt corpus ſanum, & membrum extra temperamentum proprium. Quare applicando dico, quod ſi argẽtum uiuum nocet corporibus ſanis, uel neruis nocumento magno, nõ tamen nocet quando ſunt

do ſunt infecti infectione iſta. Et ſi aliquando noceat, magis & magnifice iuuat, & nocumenta ſunt corrigibilia, ut experientia patet: multaq; alia poſſem adducere de cauſis compoſitionis medicinæ, ſed quia ſunt nota, medicis dimitto, & ſummatim reuertendo dico: Si quis habuerit ægrum patientem morbum iſtum, ſiue nouum, ſiue antiquum, ſecure procedat cum unctionibus infra dicendis, obſeruato regimine infra ſcribendo, & dicto in ſex rebus non naturalibus.

De modo adminiſtrandarum vnctionum in quacunq; morbi Neapolitani diſpoſitione: & qua uti diæta debent qui per vnctiones ſanantur. Caput II.

IN *primis corpus cum medicationibus conuenientibus euacuare oportet, ut puta, ſi ægritudo eſt noua, & æger multas habuerit puſtulas, & paucos dolores, digeratur materia, uerbi gratia, cum ſyrupo de endiuia, de lupulis, & de fumoterræ, & aquæ cum quibus lymphentur ſint aquæ endiuiæ, ſcabioſæ, lupulorum uel ſolatri, aut cum alijs dictis. Sed ſi ægritudo fuerit antiqua cum doloribus, apoſtematibus, ſiue ulceribus, digeratur cum ſyrupo, uerbi gratia, de fumoterræ, de ſticados, melle roſato: ana ℥.s. uel cum alijs ſyrupis iam dictis, & lymphentur cum aquis fumiterræ, iuæ, andacochæ, ana ℥.i. uel cũ decoctiõe epithymi* Meſue, *uel cum decoctione noſtra, uel ſenæ: & ſic digeratur per aliquos dies puta quinq; uel ſex, ſumendo in aurora, & ſi quæratur reprimere materiam, propter dolorem capitis, ſumat ipſum poſt cœnam, per tres aut quatuor horas.* Et *facta aliquali digeſtione, purgetur pharmaco lenitiuo, cum aliquali electione ad materiam dominantem, ut in ægritudine noua cum electuario lenitiuo de ſebeſten, ana ʒ.vi. confectione* Hamech *ʒ.ij. uel plus, ſecundum neceſſitatẽ infirmi, & fiat bolus cum zuccaro, uel potio cum aquis dictis: uel cum decoctionibus.* Aut *dentur pilulæ de fumoterræ, & aggregatiuæ ana ℈.ij.s. uel minus ſecundũ indigẽtiam, & fiant quinq;: quæ euacuationes ſumantur in aurora, niſi ſit aliqua particularis intẽtio: aut aliquod impediẽs, ut febris principiũ, uel aliud quid, &*

in tali

in tali caſu eligant horã magis quietam,& cibus ſit ad minus per quinq; horas poſt,tam in digeſtione,quàm in euacuatione:& ſemper adde & minue,ſecundũ diuerſitatẽ ægritudinis in accidẽtibus & complicatiõibus &c. quod ſi ægritudo fuerit antiqua cũ doloribus & reliquis, euacuabis cum aliquo ex dictis puta lenitiuo, addito electuario de pſyllio Mõtagnanæ uel agarico præparato, & de alijs,quorũ uirtutes dictæ ſunt.Et facta prima euacuatiõe, ſi æger eſt fortis cum alijs cõditionibus in cap.de phlebotomia dictis, phlebotoma eum à uena baſilica quantitate conuenienti in mane,niſi ſit aliqua res impedies:factaq; phlebotomia,iterum digerendo cum ſyrupis appropriatis procede,& iterum cum pharmaco benedicto euacua quod ſit electiuum,& ſi fuerint puſtulæ,appone uentoſas ſcarificatas ſuper ſpatulas,nates,& alia membra, ubi plus ſunt de puſtulis,& reitera ipſas bis uel ter, ſecundum neceßitatem,& iudicium ex plenitudine ſumptum,& etiam ex multitudine puſtularum: interponaturq; inter unam & aliam applicationem ſpacium quatuor aut quinq; dierum, & ſumat quotidie digeſtiuum,uacuantiaq; reiterentur, ſiue ſint potiones,ſiue pilulæ.Et facta diligenti ac canonica euacuatione minoratiua, reſiduum materiæ remanentis digeratur unctionibus infrà ſcribendis,ut natura adiuta reſiduum poßit per os,ut in pluribus contingit,uel per ſeceſſum,aut per ſudorem,uel per urinam,aut inſenſibilem euacuationem,ut ſæpe uidi,euacuare & expellere.Et hoc fiat,uerbi gratia,cum iſto unguẽto,uel cum alio eiuſdem uirtutis. ℞.axungiæ porcinæ libram unam,pinguedinis gallinæ ℥.iij.olei liliorum alborum ℥.i.s.mercurij ℥.v.& plus ſi liceat,olibani, maſticis puluerizati,ſaluiæ,ſticados,lithargyrij,ceruſæ,ana ℥.i.aquæ uitæ ℥.ij.miſce.& in mortario lapideo tandiu ducantur,donec ad perfectam formam unguenti reddantur &c.Modus autem iſtius compoſitionis eſt iſte,in primis axungiæ nõ ſint ad ignem colatæ, ſed à pelliculis emundatæ,& per ſetonem eo modo, quo extrahitur flos caſſiæ colatæ,poſtea pone argentum uiuum in mortario cum dicta axungia,& ducantur piſtillo,& iſte erit modus morti-

ficandi

ficādi & incorporandi argētum uiuum, quibus incorporatis addantur aliæ res ſucceſſiuæ: tamē ſemper cum piſtillo ducātur uſq; ad perfectā omnium rerum dictarum admixtionē: & dimittatur per duos dies ut fermentetur, uel plus: poſtea æger, ut ſupra purgationib. purgatus, ungat ſeipſum, ſi poteſt, iuncturas poſt cœnam per tres horas: & ſit ante focū, & cubile ſit clauſum, & incipiat à iūcturis cauillarum pedum, poſtea ad genua deueniat, deinde cubitos ungat, poſtremo iuncturas manus, & ſi uirtus eſt fortis, & ægritudo magna, unge etiam iuncturas inguinum, ancharum, & ſpatularum. Poſtea iuncturæ ſtupa canapina calida cooperiātur. & ligentur, & ingrediatur lectum, cooperiaturq; coopertorijs, ut ſudet per duas horas, quod ſi per ſudorem nimiam patiatur laßitudinem, detur cyathus unus brodij gallinæ, uel carnis. Et ſic procedere oportet ungendo ſingulo ſero, uſquequo medicus uideat exitum manifeſtum materiæ phlegmaticæ ab ore, aut fluxum uentris notabilem, uel ſudorem, & ultra hoc uideat diminutionem manifeſtam, ſi ſunt puſtulæ, puſtularum, & ſi ſunt dolores, dolorum mitigationem, & ſi apoſtemata, ſolutionem ipſorum: & ſi ulcera, digeſtionem, mundificationem, incarnationem, & circatrizationem. Et quoniam ſæpißime accidit quod in aliquibus nullus apparet fluxus materiei ab ore, neque aliqua alteratio, ſiue dolor dētium, neq; fluxus uentris, aut aliquod ſignum euacuationis manifeſtæ: & cū ægritudo ſit materialis, quæ ſanatur euacuatione, dubitat medicus, neſciens ſe regulare, de quantitate unctionis, & dierum numero ſufficientium in cura, ut ſanetur æger. Et ego multos annos in hac ambiguitate fui, uſquequo cognoui, quod in iſtis ungendo procedere oportet uſq; ad aliquam manifeſtam puſtularum, dolorum, apoſtematum, & ulcerum ſanationē, & uirtutis tolerantiam, quod ſignum eſt mihi infallibile, & maxime quādo accidunt laßitudines quædam ſincopales ultra dicta, & tunc eſt indicium quod uirtus agit circa materiam, ſiue humiditatē bonam, in qua reſeruatur calor naturalis, & cū hoc apparet, dimitte unctiones, & conforta uirtutem cum cibarijs bonis, ut ſunt oua ſorbilia,

contuſiones

contuſiones ex pulpis gallinarum & caponum, & cum uino aromatico, & alijs bene nutrietibus. Et ita ego multos ſanaui, qui ab alijs ſæpe inuncti non fuerunt ſanati, eo quia nullam alterationem oris cum euacuatione faciebant unctiones, & medentes nõ cognoſcebant quando perfecta erat eradicatio materiæ, quæ quoniam non fuerunt eradicatæ, iterum morbus deterior priore recidiuabat. Sed ut melius me intelligas, ego procedo in iſtis cum unctione uſq; ad laßitudinem dictam ſemiſincopalem. Sanaui inter alios unum, qui à pluribus iam inunctus & non ſanatus, quem per trigintaſeptem dies inunxi, & liberatus fuit, & nunquam recidiuauit, & ab omnibus incurabilis dicebatur, & ſanus adhuc uiuit: & multos alios, ut dixi: ſignumq; fuit mihi ut ſuprà: quare dico, quod non poteſt dari certa regula de numero dierũ unctionis, & quantitate: ſed oportet procedere ſecundum fortitudinem patientis cũ iudicio bono extimatiuo. Sanaui etiam multos maraſmode laborãtes debiles cũ ægritudine magna per plures reiterationes unctionum, & ungebam per quatuor dies omni ſero: deinde dimittebam ipſos per hebdomadam quieſcere, ſine unctione, ſed cum bono regimine, & poſtea iterum ungebam per quinq; dies in ſero ſecundũ eorum uirtutes, iterumq; dimittebam quieſcere, & ſic ſanitati reſtituti ſunt. Vidi etiam in aliquo uirtutem debilem, & dolores acutißimos indigentes maxima unctione, & feci ungere per quatuor aut quinq; dies uſquequo dolores fuerunt mitigati: poſtea per menſem feci ipſum bonis cibarijs nutrire, & iterum inunxi per multos dies, & ſic ſanatus fuit. Tua ergo erit ſecundum ægritudinem & uirtutem cum iſtis mitius & fortius ungere continue & interpolatim: caue tamen ne pectoris partes inungas, ut docet Auic. &c. Aeger tamen cum bonis cibarijs ſemper nutriatur, & cum uino optimo, non uinoſo, ſed mediocri: & inter prãdium & cœnam da ſcutellam brodij, ſemperq; attẽde uirtuti, & ægritudini, & omnino à uentis & ab äere frigido abſtineat, læteturq;. Et quando apparet fluxus humiditatum manifeſtus ab ore, cum dolore & inflatione gingiuarum, & accidentia morbi remittantur, ab unctionibus

bus ceſſare oportet,& remouere ſtupas cooperientes iuncturas. Neque lauare oportet loca inũcta,niſi ex nimia reſolutione ægro ſincopis accidat,aut ſubita & magna oris ulceratio præfocatiua, uel fluxus uentris cum excoriatione inteſtinorum, uel aliquod aliud accidens: quæ ſi accidunt,remoue unguenta & ſtupas,quod ſi ex toto quæris abſcindere uirtutem ungenti ne ultra procedat, iuncturas lauabis, locaq; alia ubi cum dicto unguento illinitum fuit,cum uino calido ſimplici,uel in quo camomillam ebullire feceris,aut ſaluiam:& de alijs,ſuccurreq; accidentibus cum remedijs infra ſcribendis.

De diuerſis unguentis,eorumq; uario & mirabili effectu. Cap. III.

QVoniam multa ſunt unguenta & diuerſificata ſecundum diuerſitatem accidentium in tali ægritudine, ideo utiliſsimum fore iudico,ſi deſcriptiones diuerſas dictorum unguẽtorum,cum ſuis uirtutibus ſcripſero.Et primo unguentum ad ſcabiem domini Meſue in ſuo antidotario diſt.xi.quod confert ſcabiei malæ,& puſtulis morbi Neapolitani, ſi factis purgationibus, & alijs dictis: iuncturæ ungantur cum ipſo in ſero per aliquos dies, uſquequo appareant ſigna dicta, quo aliquando uſus ſum,cuius hæc eſt deſcriptio: R. olei laurini ℥.iij.thuris albi, ceræ mundæ, ana ℥.ij.argenti uiui mortificati cum ſaluia ℥.ij. pinguedinis porcinæ mundæ à ſuis pelliculis ℥.v.ſalis communis ʒ.viij.ſucci plantaginis & fumiterræ ad libitum.miſce,& fiat unguentum. Aliud unguentum quod dicitur Saracenicum,in cura ſcabiei,in additionibus D.Arnaldi de uilla noua deſcriptum,& ab antiquis etiam: ſanat ſcabiem malam,& cancrum,& puſtulas morbi Neapolitani,dolores,apoſtemata,& ulcera mala,educẽdo materiam phlegmaticã,& curat etiam leproſos in principio:& cõfert arthetica & podagræ à materia groſſa deſcriptio cuius eſt iſta,R.ſalis nitri,ſalis puri,plumbi uſti,euforbij,ana drach.ij.panici marini,chamæleontæ,ana drac.i.s.ceruſæ,argẽti uiui,ana unc.ij.cõfice cum axungia ueteri & oleo antiquo & poſt addatur puluis, & fiat

unguentum: & modus adminiſtratiōis eſt iſte: Sedeat infirmus inter duos ignes, & iungatur à genibus inferius uſq; ad pedes: & ſupra genua per tres digitos, caueatq; à frigiditate. Et cum phlegma incipit diſſolui, recedat ab unctionibus, & ſi per multa ſputa & nimiam aſperitatem dolor in gutture & ore ſentiatur, lauetur os aqua ordei ſimplici, & in proceſſu cū melle roſato. Poſſem & multa alia unguenta in libris antiquorum ſcripta, hic etiam ſcribere, ſed ne ſermo nimis ſit tædioſus, uide Auic. & alios antiquos, de cura ſcabiei, quoniam multa ponuntur ab ipſis. iſta duo ab antiquis ſcripta poſui: ut ſint teſtimonia dictorum meorum, videlicet quod iſta unguenta non ſunt ab Empericis inuenta, ut multi credūt, neq; modum uſus ipſius, cum ex dictis iam apparet etiam quod antiqui antequā ad nōs ueniſſet morbus iſte, ungebant etiā ipſi iuncturas ex qua unctione fluxus materiæ phlegmaticæ eueniebat, &c. Sed quoniā unuſquiſq; ſua libētius utitur ſententia, ideo multa unguēta à modernis uſitata & probata, infra notare decreui. Et primum unguentum meum à me benedictū completū dictum in iſta ægritudine, q̃d ſanat puſtulas morbi Neapolitani, doloreſq;, & reſoluit apoſtemata dura, ſiue grumas, & ulcera mala ſanat, ſi cum eo ungantur iūcturæ, & puſtulæ, ut dictū eſt ſuprà. Eſto tamen memor documentorū Auic. de ſcabie & pruritu, quod elongare oportet à partibus pectoris & ſtomachi, cuius unguēti iſta eſt deſcriptio: R. axungiæ porcinæ mundatæ à ſuis pelliculis, & per ſetonem colatæ ſine igne lib. ij. argēti uiui li. i. lithargyrij unc. iij. ceruſæ unc. ij. olibani unc. i. miſce, & fiat unguentum in mortario lapideo, extinguendo in primis argentum uiuum cum axūgia, poſtea adde res alias ſemper piſtillo bene agitando. Et apud me iſtud unguentum eſt materia ſiue inſtrumentum omnium curationum, quoniam ego addo in ipſam diuerſas medicinas, ſecundum diuerſitatem ægritudinis & patientis, uerbi gratia, ſi ægritudo eſt cum tumoribus, addo pinguedinē gallinæ, uel anatis, uel anſeris, & quādoq; omnes & aliquando unam, quoniam iſtæ multum ſua caliditate & humiditate reſoluunt duritiem, cōfortantq; membra læſa, & aliquando

ſi cum

ſi cum tumoribus ſunt dolores, in ipſo oleum de lilio, de terebenthina, de bacci lauri pono, & unum ipſorum uel plura, ponoq́; ad uigorandam eius operationem, ubi uirtus eſt fortis, & ægritudo maligna: ſi patiens non alteratur à leui unctione, plus de quantitate argenti uiui, & addo aquam uitæ, & ſaluiam, & ſticados, & theriacã pro correctiuis, ſiue myrrham & maſtichem: & in iſtis procedo, ungendo etiam iuncturas ſpatularum & ancharum, ut dixi ſuprà. Quod ſi timeo excoriationẽ à uirtute calida corroſiua argenti uiui, corrigo unguentum cum lithargyrio & ceruſa, ut in unguentorum receptis uidere eſt. Et ſic cum iſto unguento diuerſis rebus in ipſis additis, diuerſificatam in ſuis accidentibus ægritudinem remoueo. Aliud unguentum ſanans morbum Neapolitanum cum puſtulis, doloribus, apoſtematibus, & ulceribus, iuncturis inſero inunctis cum ipſo ad ignem. ℞. axungiæ porcinæ ℥. vi. anatis ℥. iij. gallinæ ℥. ij. olei roſati, liliorum alborum ana ℥. i. argenti uiui ℥. v. lithargyrij aurei, olibani, ana ℥. i. myrrhæ ℥. ſ. miſce, & fiat unguentum in mortario lapideo, ut dictum eſt ſuprà. Aliud eiuſdem uirtutis & intẽtionis. ℞. axungiæ porcinæ lib. i. ſ. mercurij unc. viij. olei laurini unc. i. theriacæ, maſtichis, olibani, myrrhæ, ana unc. i. ſucci fumiterræ ℥. i. ſ. lithargyrij, ceruſæ, ana unc. ij. miſce & fiat unguentũ in mortario ut ſuprà. Aliud eiuſdẽ uirtutis. ℞. axungiæ porcinæ unc. iiij. argenti uiui unc. ij. olibani unc. i. olei de iunipero unc. x. aquæ uitæ unc. i. miſce, & fiat unguẽtum in mortario ut ſuprà. Aliud eiuſdẽ uirtutis. ℞. axungiæ porcinæ, gallinæ, anatis ana unc. vi. olei liliorũ alborũ, roſati, laurini, ana unc. i. olibani, maſtichis, myrrhæ, ana unc. ſ. ſaluiæ, ſticados, ana drac. vij. lithargyrij aurei un. i. unguẽti dialtheæ unc. ij. aquæ uitæ unc. i. miſce, & fiat unguentum ut ſuprà: & iſtud ualet quãdo tumores ſunt antiqui ſchirroſi: ultra unctionem iuncturarum tumores etiã ungas, & ſtupa cooperias canabina, ut dictũ eſt. Aliud eiuſdem uirtutis pro diuitibus & delicatis, & eſt odoriferum. ℞. macis, cinnamomi, gariofilorũ ana ʒ. iiij. gran. paradiſi ʒ. iij. roſarum rubearũ, corticum citri, ana ʒ. v. nucis muſcatæ numero iij.

contundantur omnia,& infundantur in aqua fontis per diem natu
ralem,poſtea in dicta aqua pone libras v.axungiæ porcinæ recē-
tis,& bulliant ad conſumptionē aquæ,& coletur:deinde R. dictæ
axungiæ ſic bullitæ libras ij.argenti uiui ʒ.vij.olibani ʒ.ij.ceruſæ,
lithargyrij ana ℥.i.s.ſticados,myrrhæ,ana ℥.s.& in fine muſci re
ſoluti in oleo roſato ℈.s.& ſemp miſcēdo fiat unguentū in morta
rio ut ſuprà,& eſt odoriferū & mirabilis opatiōis.Poſſem multa
plura & nō probata hic ſcribere unguēta,quæ omīa eſſent eiuſdē
intētiōis cū iſtis:ne ergo ſermo noſter nugatorius ſit,dimittātur:
medenteſq; admoneo quod tota materia eſſentialis eſt axungia,et
argētū uiuum.Quare ex dictis,alia ſecundū diuerſas intentiones,
cum iſta tamē baſi,componere poſſunt: uirtutes quorum cum ſint
mirabiles,& ſupra alia medicamina in hac ægritudine nobiliores,
non ipſas ſilentio pertranſire decreui,ſed quantum in me erit,&
quantum ingenium meum ualebit cum ueritate eas extollere inten
do,cum per talia unguenta gentem plurimam,quæ ab alijs medica-
minibus nunquam ſanati fuerint,& poſtea ab unctione unguento-
rum dictorum ſanitati reſtitutam uiderim &c.Sunt igitur unguē-
ta ex argento uiuo,axungia & alijs facta: medicina digeſtiua ma-
terie phlegmaticæ diuerſæ admixtionis per totum corpus ſparſæ
& inobedientis,multis medicaminibus: eſtq; euacuationi ſenſibili
uel inſenſibili præparatiua,malignitatis dictorum humorum con-
temperatiua,dolorum mitigatiua,puſtularum ſanatiua,apoſtema-
tum reſolutiua,& maturatiua,ulcerum ſaniei digeſtiua & mundi
ficatiua,& malarum qualitatum remotiua,aliorumq; quouis mo-
do accidentium correctiua,& ultimo omnium ſolutionum conti-
nuitatis ſanatiua: eſt etiam uirtutis expulſiuæ expergefactiua &
uigoratiua,ita quod iſto adminiculo, ab omnibus ſuperfluitatibus
inobedientibus membra mundantur,& ad naturalem diſpoſitionē
redeunt,ſanguinemq; ab iſto humore infectum mundificant per to
tum corpus,& materiam ad conuenientes regiones expulſioni di
rigunt, indeſinenter euacuando,die noctuq; per uias notas natu-
ræ, donec totum corpus mundum ab iſtis ſuperfluitatibus rema-
neat,

neat,quæ ab antiquorum euacuationum uirtute minime euacuabatur:confortatq; uirtutem interiorum membrorum deſeruientium naturalibus,& alijs quæ membra exteriora illinita communicant uirtutem linimenti cæteris membris. Et hoc clariſsime apparet ab effectibus,cum per extremitatum illinitiones conſolidantur ulcera,reſoluuntur apoſtemata & reliqua,in quacunq; parte intrinſeca uel extrinſeca,ut experientia teſtatur. Nam iſta illinitione natura adiuta,phlegma per os indigeſtum ſucceſsiue expellit,& etiam per ſeceſſum diuerſas materias corruptas, in quibus mala uirtus hepatis & ſtomachi elaborauit:per ſudorem quoq; ſuperfluitates quartæ digeſtionis,& aquoſitatem ſanguinis per urinam,& ultimo per inſenſibilem euacuationem quæ in uaporem conuertuntur expellit. Quare niſi calor ſiue anima ab ipſo actuaretur,uel incitaretur,aut coadiuuaretur,non tot & tanta bona ſequi uideremus. Sileant ergo qui corpus ſiue uirtutes exterminari ab iſtis dicunt, experientia & ratione contra ipſos pugnantibus. Quod ſi multos ſe errores uidiſſe dicant,ignauorum applicationem malam & irregulatam accuſent,& non medicaminum,cui nulla in tali morbo ſibi æquatur,cuius baſis eſt argētum uiuum:ſua correctoria ſunt axungia,myrrha,ſaluia,& alia &c. operatio cuius eſt per caliditatem ſuam,quæ materiam phlegmaticam purā uel mixtam,in quacunq; parte corporis diſſoluit,& ideo curat ſcabiem malam & ulcera maligna,ut dicit Serapio de ſimplicibus,& Auicē.& Haliab.& Raſis xxxvij.continentis,cap.lxxv. & omnes antiqui, ut omnia unico uerbo complectar. Modum autem operationis iſtius unguenti ſi quis ſcire deſiderat,hoc facile eſt ſoluere cum colligātiæ corporis declaratione. Nam cor per arterias, hepar per uenas,cerebrum per neruos toti corpori colligantur:& ex putredine aliquando in ulcere,ubi arteriæ ramus notabilis fuerit, cauſatur ſincopis,& in neruo ſpaſmus,& in uena febris,ſi fuerit quātitas magna,aut prohibita trāſpiratio:ſic etiam uirtus calefactoria unguenti quæ maxime actiua eſt inunctis iuncturis. Et cum ibi arteriæ, uenæ, & nerui manifeſtentur, & loca ſint excarnata,

uirtus tranſit ad alia membra: & ſic in iſta ægritudine curantur
diuerſa (ut ego uidi) accidentia, ut eſt tuſsis ex ulcere Neapolita-
no, in pectore, & ſquinantia, & tenaſmon, & aliæ intrinſecæ paſ-
ſiones ab eadem cauſa. Sanat ſæpe illinitio iſta etiam alias frigi-
das & chronicas ægritudines, quæ pendent à materia phlegmati-
ca à prædominio, ut ſunt dolores podagrici, nodi, & cutaneæ in-
fectiones, & alia: quæ omnia ſi diligenter applicaueris, conſidera-
ta ægritudine, ut ſuprà dictum eſt, & uirtute, domino auxiliante
ſanitatem introduces. Caue ne te diminuta illinitio decipiat, uel ni-
mia audacia in hoc, & non ſolum in ungēdo, ſed in regimine aëris,
& cibi, & potus, & alijs: quoniam ex hoc multi non fuerunt ſana-
ti, ſed poſt aliquos dies in eandem ægritudinē reuerſi ſunt, & etiā
in deteriorem &c. Hæc ſatis de unguentorum uirtute. Sed nota-
re oportet quod in aliquibus poſſumus loco unctionis componere
unguentum in forma ſolida in modum ceroti, & extendere ſuper
corium, aut pannum lini, & ponere ſuper iuncturas omnes, & de
tertio in tertium diem ipſa cerota remouere, & perſeuerare uſ-
quequo appareat alteratio gingiuarum, uel aliquod ex ſignis dictis
in ſuperioribus, & tunc erunt remouenda, ut dictum eſt ſuprà.
Quod ſi oris ulcera, & fluxus phlegmatæ ab ore, uel alia acciden-
tia uideris, remedijs iam dictis corrigere oportet. Et finaliter om-
nia quæ dicta ſunt ante unctionem digerendo & euacuando obſer-
uabis tam cum pharmaco, quàm cum phlebotomia & uentoſis, re-
gimineq; toto rerum non naturalium. Modus compoſitionis iſtius
ceroti eſt iſte: R. pinguedinis porcinæ mundatæ à pelliculis, & per
ſetonem colatæ, mercurij, ana lib. i. s. incorporentur cum piſtillo
in mortario, & in fine adde thuris pulverizati ℥. vi. lithargyrij,
ceruſæ, ana ℥. i. s. & fiat in mortario dicto pfēcta incorporatio:
deinde R. ſerapini, armoniaci, ana ℥. viij. reſinæ pini, terebinthinæ
ana ℥. x. diſſoluantur in aqua ardenti ad ignem ut fiat ſolidum, ita
quod ponendo unam guttam ſuper lapidem frigidum ſit frangibi-
lis: & tunc dimitte infrigidari ſemper agitando cum baculo, & cū
fuerit uſq; ad tepiditatem, adde ſupraſcriptum unguentum factum
in mor-

in mortario, ſemper agitando donec perfecte incorporetur: poſtea adde in fine ceræ albæ ℥.iiij. paulatine & ſemper agitando, & in fine pulueriza lithargyrij deſuper ℥.v. bene agitando & incorporando, & fac magdaleones & ſerua. Quod cerotum ualet ad remouendum dolores, & reſoluendum apoſtemata dura, ſanatq; ulcera maligna duritiem reſoluendo, incarnat & ſigillat maxime ſi à principio poſitum fuerit, præmiſſis euacuationibus. Et ſi ſuper iuncturas omnes applicatum fuerit, ut dictum eſt, liberat totaliter ab iſta ægritudine cum eſt noua, & in corpore bonæ complexionis, & eſt medicina ſatis ſecura & delectabilis reſpectu unctiõis. Quod ſi fortius cerotum componere uolueris, adde plus de mercurio, puta uſq; ad libras duas, & plus, ſecũdum neceſſitatem, & reliqua ſint ut dictum eſt &c. Sed unde diſceſſi reuertendi tempus eſt, ut tibi completam huius morbi curam tradam.

De modo ſuccurrendi oris, gingiuarum, & aliarum partiũ gutturis alterationibus, aliiſq; accidẽtibus malis ab vnctionib⁹ factis.

Caput IIII.

Dixi ſuprà quod ex illinitione unguentorum diuerſa ſequũtur accidentia, quæ ſunt iſta: ulcera oris, & gingiuarum excarnatio, cum caliditate maxima, & inflatione gutturis, linguæ, & faucium, ſincopis cum totius corporis laxitudine, fluxus uentris aliquando diarius, & aliquando cum excoriatione, ſiue dyſentericus, uentris etiam nimia conſtipatio, nimia uigilia, cum dolore maximo illarum partium, que omnia indigent cura & moderatione quando ſuperfluunt. Igitur ſi ex nimio fluxu materiæ phlegmaticæ, uel a caliditate medicaminis oris ſequatur excoriatio, cum dolore & inflatione, uel ſine inflatione, in primis fiat aſſidua oris ablutio, & gargarizatio cum aqua ordei mediocris ebullitionis, & hoc per aliquos dies. Quod ſi fuerint ulcerationes cum caliditate, adde in dicta aqua parum diamoronis, uel ſyrupi uiolati, quoniam extinguit caliditatem, & confortat locum: Deinde procede cum aqua plantaginis, &

melle roſato, ad mundificandum hoc modo: ℞. aquæ plantaginis lib. i. mellis roſati ℥. iij. miſce, & cum iſto ſæpe os abluatur. Potes etiam à principio & in augmento facere gargariſmum. ℞. aquarum buglossæ, uiolarum, endiuiæ, ana ℥. x. zuccari fini ℥. xv. fiat in modum iuleb ad ignem, cum quo ſæpe lauetur os. Quod ſi in aliquo tempore maximus fuerit dolor, utere lacte ouino uel uaccino, ab eo non extracto butyro: & duc ipſum per os calidum: quod ſi hoc non remouet dolorem, unge genas & partes circumſtantes cum oleo roſato: & da butyrum patienti ut teneat in ore, quoniam mirabiliter mitigat dolorem, quod ſi hoc non remouet, & materiæ fluant inceſſanter, ita quod dolor ſit magnus, appone uentoſas ſuper ſpatulas & nates ad diuertendum, & ſint in primis ſine ſcarificatione: poſtea, ſi opus fuerit, cum ſcarificatione: quod ſi dolor augeatur, & magnam oris timueris apoſtemationem, & fortè eſthiomenationem, ut uidi in quodam quem Empericus quidā inunxerat, qui ad miſerabilē totius faciei putrefactionē, & ultimo ad mortem deuenit: ne ergo iſta tibi accidant, phlebotomiā adminiſtrabis ſi uirtus eſt cōſtans ad diuertendū, & hoc à uena cephalica, uel mediana, uel à baſilica ſi hoc à nimia caliditate hepatis prouenire cognoueris, & ſic remoto dolore, in fine in dictis gargariſmis adde mel roſatum, ut dictum eſt: cū aqua plantaginis, quoniam oris ulcera mundificat & ſanat. Poſſumus etiā cum iſta decoctione lauare os ℞. ordei, roſarū, myrtillorū, ſaluiæ, ana manip. i. decoquātur in uino ſtiptico &c. uel etiam cum uino ſolo, quoniam cōfert & ſanat ulcera &c. Sed quia dictum fuit de phlebotomia, nota quod quando uirtus tolerat & reliqua, factis inunctionibus per aliquot dies, ita inter ungendum antequam fluxus manifeſtus ex ore appareat, utiliſſimum eſt phlebotomare uenam medianam dextri brachij, uel baſilicam, ſecundum diuerſas intentiones, ut dictum eſt in cap. de phlebotomia. Quod ſi uideris laſſitudinem, & debilitatem, ſuccurre cum brodijs caponum, ouis ſorbilibus contuſis: & uino aromatico, quod ſi ſincopis ſequatur, auxiliaberis cum bonis odoribus, ut eſt uinum maluaticum cum

aqua

aqua roſata: & acetum roſatum: & cum epithematibus cordis, uel cum mixtura cordiali & alijs dicendis: uerbi gratia: R. zuccari buglоſſati, boraginati, uiolati, roſati, ana ℥. i. fragmentorum de gemmis ʒ. i. s. margaritarum præparatarum ʒ. s. fiat mixtura cum ſyrupo de pomis, de qua detur ſæpe patienti, & aliquando dabis uinum maluaticum ad bibendum, quoniam mirabiliter ſuccurrit uirtuti reſolutæ. Sed epithema pro cordis confortatione ſit tale: R. aquæ bugloſſæ, meliſſæ, boraginis, ana ℥. v. roſatæ ℥. iij. uini maluatici ℥. i. s. ſpecierum cordialium temperatarum ʒ. ij. croci ∋. s. miſce, & cum panno infuſo ſub mamilla ſiniſtra ſæpe applicabis. Et nota quod boni odores citò reſtaurant uirtutem ut dicit Galenus commento undecimo ſecundi Aphoriſmorum autoritate Hippocratis. Quod ſi fluxus fuerit, cum quo ſi nimia uirtutis reſolutio, ægro dabis cibaria dicta boni nutrimenti, & uinum rubeum lymphatum cum aqua chalybeata, uel decoctionis berberorum, uel ſeminis ſumach: & ſi fuerit cum excoriatione, inunge uentrem cum oleo roſato ſiue myrtino, & utere clyſteri lauatiuo, in quo utiliſſimum eſt ponere oleum roſatum & pinguedinē hirci, uel capræ, & ouū cum ſuo albumine, & brodiū inteſtinorum caſtrati &c. Non eſt tamē ſtringēdus fluxus ſi uirtus ipſum tolerat, quoniā liberat ab iſta ægrtudine abſq; dubio. Si nimia uero uigilia ægrum infeſtat, ſuccurrendum eſt, maxime ſi reſoluit uirtutem, cum unctione temporum cum unguento populeonis, uel cum odoramentis, ut eſt odorare ſpongiā madefactam in decoctione papaueris albi & nigri, corticū mandragoræ, ſeminis iuſquiami, nenuпharis, uiolarum, lactucæ, & de conſimilibus in aqua dulci. Quod ſi iſta non conferunt, poſſumus cum emulſione ſeminum papaueris albi in panatella: ſiue in ſuo cōtuſo impoſita ſuccurrere, uel cū uncia una, uel una & ſemis ſyrupi de papauere, & ℥. ij. aquæ lactucæ poſt cœnam per duas horas. Et quia ob dentium & gingiuarū dolorem, & inflationem oris non poſſunt ægri comedere maſticando, ideo ciba ipſos panatella, ſiue contuſo, uel iuſculo ordaceo, uel ouo in brodio agitato, & uino boni odoris, aut cum æquiualētibus.

bus. Conſtipatio uero uentris ſi acciderit, clyſteri communi ei aliquando ſuccurres, addita ℥.i.s. benedictæ, uel hieræ picræ: uel purgetur cum pilulis appropriatis, ut ſunt de fumoterræ, fœtidis, aggregatiuis, & de hermodactylis, uel cum electuarijs ſecundum quod diuerſa exigit diſpoſitio. Laudo etiam multũ inter ungẽdum accipere aliquam euacuationem appropriatã, quoniam non ſinit materias omnes currere per os, & ego ſæpe hoc pacto procedo, & mihi bene ſuccedit. Sunt quidam aliter in hoc ſentientes, uidelicet, quod nõ oportet inter ungendũ euacuare: ſed male: medicus enim eſt adiutor naturæ, & ipſi ubi neceſſariũ eſt ſuccurrere debet, ut in multa repletione minorando &c. Quod ſi uis oris fluxui nimio infeſtãti ſingulare præſidium apponere, pilulæ cochiæ poſt cœnã ſumptæ hoc ſuauiter faciunt. Et ſic procedere oportet uſq; ad oris perfectam ſuauitatem, nõ mutatis linteaminibus tamen, & camiſia, uſquequo ſignũ aliquod materiæ ægritudinem cauſantis euacuationis notabilis apparuerit, quæ ex dictis nota ſunt. Relinquitur modo ne æger ita ſanitati reſtitutus in recidiuam redeat, & hoc eſt tota uirtus medici, & ut Virgiliano utar ſermone, Hoc opus hic labor eſt. Ideo diligenter attende, quoniã ſunt quidã qui omnes indifferenter poſt unctionem cum balneo, in quo præcipiũt ægro ſudare, totũ corpus lauant: quæ res: ut oſtẽdam, eſt penitus contra intentionem dictæ curæ, quoniã per unctionem dirigũtur humores, qui ſparſi per totũ corpus natura regulare nõ poterat, ad uias proprias euacuationis, naturæ notas, ut dixi: quæ quidem euacuatio cũ ſit ſucceſſiua, & cũ accidentibus ſatis malis, reſoluit uirtutem propter ſpirituum inanitionem, ut dixi. Et balnei operationes ſunt in primis humores qui in profundo totius corporis cõſiſtunt per totum corpus liquefacere, & reſiduum caloris ex euacuatione depopulati ſua caliditate reſoluere, aut ſpargere, qui poſtea ſunt minus potentes ad corporis operationem, teſtante Ariſt. qui dixit, quod uirtus unita eſt fortior ſeipſa diſperſa: & ſic ab eadem ægritudine iterũ ad deteriorem deueniũt. Ego uero iſtis rationibus ductus, nullum poſt unctionem patienti balneum facio

De balneis Gal. lib. x. therap.

facio,ſed ipſum cum linteamine,ſiue ſudarij abſtergere præcipio, & ſic non fit apertio poroſitatum,neq; ſparſio,aut reſolutio uirtutis,ſiue ſpiritus debilis à qua ſæpe recidiua ſequitur.

An balnea artificialia uel naturalia morbum Neapolitanum patientibus cõferant,& de quibuſdã qui per diuerſa medicamina fuere ſanati. Caput V.

NOn ingrata hic cadit ſpeculatio,uidelicet,an balnea,termarum,uel artificialia,in iſta cura ſanent iſtam ægritudinem,uel aliquid conferant. Cui dubio reſpondeo in primis,quod experientia ſæpe hoc nobis notum fecit,paucos aut nullum ex toto per aſſumptionem aquarum,termarum,aut per lauacrum ſanitatem recepiſſe. Quod ſi aliqui per alicuius temporis ſpacium à balneis ſanati uiſi ſunt,non tamen diu permanſerunt, ſed de nouo in eandem ægritudinem,& etiam aliquando in deteriorem deuenerunt. Et ratio clariſſima huius non latet:quoniam termarum aquæ non ſunt operatiuæ per unam qualitatem,aut duas,ſed quandoq; per plures,& primæ & ſecundæ:nam ſulphureæ non carent nitroſitate,humiditate ratione aquæ ſuccitate ratione terræ &c. Quare dico quod iſtæ uirtutes in termis non ſunt multum actiuæ & diſſolutiuæ, imò imprimunt primo ſiccitatem, quæ huius curæ eſt contraria:deinde ſua caliditate debili,ſi agit, non ex toto diſſoluit:& ideo facta clauſura ab aqua,quãdo calor fortificatur,iterum ſparguntur materiæ,& ſic cauſant nouam ægritudinem deteriorem prima. Hoc idem dico de artificiali,cum aqua primo de ſe noceat neruis,& baſi huius materiæ,ut ſuprà. Adde etiam ut dictum eſt quod uirtus reſoluitur à frequenti & longa mora in balneo : quare dico non conferre : quod ſi confert aliquod,eſt ſulphureum. Et multi ſulphuris uſu liberati ſunt, & maxime quidam amicus noſter , qui ex potu ſulphuris puluerizati bis in die tres aut quatuor drachmas pro uice ſumpſit ſerò & mane uidelicet,per multos menſes,tandem à doloribus & ulceribus cum grumis ab antiqua ægritudine liberatus fuit,ſine aliquo alio medicamine ulceribus appoſito. Scio etiam quoſdam

qui ex

qui ex diuturna potione decoctionis aloës, hoc modo liberati fuerunt: R. aloës boni unc. s. mellis unc. vi. aquæ fontis ſiue putei lib. v. bulliant bullitione bona ad ignẽ lentum, ſpumãdo ſemper, ita ut fiat quartæ partis conſumptio, & quantitas ſumenda pro uice ſit unc. vi. calida in aurora, & ſumatur ter in hebdomada. Scio etiã quod ex potu decoctionis abſinthij quotidiano per plures menſes alij euaſerũt. Etiam ex aſſumptiõe glutinis albotoim, ſive olei abietis, multi ab iſta ægritudine cum doloribus, tumoribus, & ulceribus fuerũt liberati. Et cũ poßibilitas ſit res ampla, poßibile eſt cum aliquo alio medicamine talem ægritudinem ſanare: ſed adhuc non inuentũ uel nõ diuulgatum. Qui uero de cura per comeſtionẽ ſerpentum dixit, cum ſine ratione & experimento hoc credit, nõ laudatur. De ſanitate uero quæ ab intrinſeco fit, nihil dico, cũ mea ſit intentio p medicinalia inſtrumenta quo pacto quis ab iſta ægritudine euadere poßit, docere. Ego plures uidi ſine aliquo medicamine liberatos: & hoc non repugnat, cum uirtus teſte Galeno, ſit contraria morbo tanquam antagoniſta. Virtute igitur exiſtente forti, & ægritudine noua & parua, dictis non contrariatur.

De conuenientiori vnctionis hora. Caput VI.

V*Num præterire nolo, an cõueniens ſit ungere poſt cœnã, ut dixi: & dico quod ſic: & ratio eſt, quia inunctio iſta eſt multum reſolutiua, cum qua reſolutione etiam aliquid caloris innati reſoluitur, nocetq; membris neruoſis, ut eſt ſtomachus &c. quare cum per cibum & potum uirtus confortetur, & fortificata reſtauretur, ideo melius eſt uirtute reſtaurata, ut eſt per duas aut tres horas poſt cibum, inungere, quàm reſoluta, ut eſt in mane ſtomacho ieiuno. Eſt etiã melius in ſero poſt cibum quàm in mane: quoniam in nocte uirtus contrahitur intra & unitur, quæ eſt fortior ad omnes naturales operationes, & etiam tempore ſomni fit fortior, & eſt magis prona ad ſudoris prouocationem, urinæ, & aliarum ſuperfluitatum. Quod ſi cui magis in mane hoc facere libuerit, accipiat per duas horas antè quatuor buccellas panis in uino optimo, uel duo oua ſorbilia, & per quinq; horas pòſt accipiat*

ſuum

ſuum prandium: & ſic natura confortata uirtus melius contra morbum inſurgit, meliusq; digerit, & euacuat materiam coniun-ctam & ſparſam in membris: quare &c. Verum quia oportet confortare ne in recidiuam quis incidat, cõfortentur membra omnia ſecundum neceſſitatem, ut ſtomachus & hepar cum diarhodone abbatis, uel aromatico roſato, de quibus ſumat rotulam unam in mane: caput confortetur cũ coriandro uel cum diacori &c. pe-ctus cum iuſculo ordeaceo, uel pinidio, uel ſyrupo uiolato ſimpli-ci, & compoſito &c. membra exteriora cum ſaluia & abſinthio decoctis in uino, cum quo lauando confortabis iuncturas, & non multum ipſas humectare oportet, in quo potes etiam ponere cor-tices granatorum & ſticados, & de alijs ſecundum neceſſitatem: & ultimo utatur aliquibus euacuationibus, ut ſunt pilulæ maſtichi næ, uel de fumoterræ &c. ut dicam pòſt.

LIBER QVINTVS.

Suffumigiorum conficiendorum ratio, quibus non ſolũ morbus Neapolitanus iam inueteratus ad perfectum emẽdatur, uerumetiam illa quæ cæteris medicamentis reſtitui non poterãt, exquiſite curantur.

Caput I.

POSTREMA *cum ſuffumigijs cura, qua etiã in hac ægritudine medentes utuntur, etſi non ſit ita tuta & uerax, tamen quia multi robuſti & inueterati cum iſta cura euadunt, ideo de modo curandi cũ ſuffumigijs ex cinabrio factis ſermo iſte erit. Qui quidem modus, ut de unctionibus dictum eſt, non eſt à modernis inuentus, ſed quidam antiquorum in ſcabie mala utebantur ipſo. Verum eſt quod moderni ſuffumigia iſta diuerſificarunt, quidam addentes correctoria, alij odoramenta ad confortandũ cerebrũ, & alia membra principalia, quæ odoramenta ſunt aliquandò myrrha belzuin, ſtorax, olibanum, lignũ aloës, gallia muſcata, & ambra in diuitibus, & alia confortantia bona: ſunt etiam addentes*

coadiu-

coadiuuantia, ut ſunt auripigmentum, marchaſita & c. tamen eadem eſt intentio, & laudabile eſt ſimul correctoria & illa odoramenta bona ponere, & hoc quoniam hæc membra principalia confortata reſiſtunt malignitati ſuffumigij & morbi. Sed antequam ad declarationem modi huius ſuffumigij accedam, oportet in primis medentes admonere, quod iſte modus non eſt ſine timore nocumenti membrorum principalium, imò ſæpe recidiuant, & ad malas ægritudines complicatas cum iſta deueniunt, quæ ſunt ut aſthma, tuſsis, hydropiſis, & maraſmus, quare non adminiſtrandum niſi in inueteratis & in uirtute forti cum ægritudine mala, in qua alia remedia non conferunt, & cum maxima obſeruantia aëris & aliarum rerum non naturalium. Caue etiam ipſum in corporibus quæ aſthma patiuntur, aut cōſumptionem ethicam, aut febrem cum acuitate uel prædominio humoris calidi: aut in his qui debilitatam naturam habent, uel alio quouis modo. Scias etiam quod omnes uirtutes unctionis poſſumus ſuffumigijs attribuere, præmiſſa ſecuritate ut ſuprà: & ratio eſt nota, cum baſis ſit uirtus argenti uiui operans: quapropter dico quod digerit & præparat ad omnia ſicut unctiones. Et cum ſint adminiſtranda cum maiori timore, ideo ſi quis ipſis pro cura uti uoluerit, præparet in primis ægrum præparationibus ſuperius dictis in cura per unctionem purgando corpus diligenter & paulatiue, confortandoq́; ſtomachum: & ſi opus fuerit phlebotomabis, uel appone uentoſas: & reliquis utatur quæ cordi opitulantur ad intra & extra, ut ſunt confectiones cum gemmis, & epithemata unctionesq́; infra dicendæ in cura accidentium.

Suffumigia qua ratione uſurpanda, quóue uictu dum illa adminiſtrantur, utendū ſit. Caput II.

AEgro purgato, & in cubilli clauſo cum igne, uel ſtupha calefacto, ſi frigus aut aër multum humidus fuerit, accipiat in mane in aurora oua duo ſorbilia, & bibat parū uini aromatici boni, uel accipiat bucellam panis infuſi in uino optimo, & bibat, uel cyathum unum brodij caponis cum rotula una trageæ

perlarum,

perlarum,aut atomatici roſati,uel cum ℥.una zuccari roſati &c.
& quieſcat per duas horas aut unam cum dimidia, deinde præpa-
rato coopertorio,uel pauione,uel aliquod tale,in quo æger poßit
ingredi,& ſe totũ cooperire ſine reſpiratione. Aeger ingreſſus
ſedeat ſuper ſcamnum,aut cathedram, & ponatur intra pauio-
nem catinum plenum ignis,in quo igne hoc ſuffumigium pone: R.
cinaprij pulverizati ʒ.ſ.olibani ʒ.ij.miſce,& pone ut dictum eſt
ſuper prunas ignis dicti,& æger ſit nudus,et recipiat ſuffumigiũ
per totum corpus,& ſtet ſecundum diſpoſitionem uirtutis uſq;
ad ſudorem,quod ſi æger fortis tolerat,plus temporis moretur:
ſi debilis,minus,quod ſi odorem non tolerat ſuffumigij,nares &
partẽ anteriorẽ faciei extra pauionẽ teneat,& claudatur undiq;
ne fumus reſpiret,& cõſumpto ſuffumigio exeat,cũq; exierit in-
grediatur lectulum,& cooperiat ſe pannis,ita ut compleat ſudo-
rem per horam ſi uirtus tolerat. Et attendatur uirtuti: quoniam
ſuffumigia iſta diſſoluunt calorem naturalẽ,quare ſi æger indiget
quãdo ſudat in lecto da ſibi cyathũ brodij caponis cũ rotula tra-
geæ perlarũ,uel bucellam panis in bono uino,uel oua ſorbilia:&
ſic per quatuor horas ſtet:accipiatq; prandium in aurora.uel bo-
num eſt ſi accipiat ſyrupum unũ pro ſtomachi & cordis cõforta-
tiõe.Et accepto brodio uel aliqđ aliud,ut dictũ eſt ſuprà,ſuffumi-
giũ ingrediatur ſiue pauionũ,& moretur ut dictũ eſt. Syrupuſq;
accipiendus in mane ſit talis: R.ſyrupi roſati ℥.i.de bugloſſa ʒ.ſ.
aquarum bubloſſæ,fumiterræ,meliſſæ, ana ℥.i.miſce,& quieſcat
ꝑ duas horas,& in alijs ꝓcedatur ſicut in unctiõe dictũ fuit quoti-
die,uidelicet cum appareat fluxus materiæ phlegmaticæ ab ore,
uel alia ſigna dicta ibi, apparentibus uero ſignis,ab ſuffumigijs
ceſſandum eſt,& attendatur uirtuti,& malis accidentibus,ut eſt
ulceratio oris,ſincopis &c.quod fit cum rebus & remedijs in cu-
ra unctionis dictis,& dicentur etiã ubi de accidentibus in fine lo-
quar.Quod ſi æger nõ tolerat quotidianam ſuffumigij adminiſtra-
tionẽ,fiat alternatim,uidelicet de tertio uel de quarto in quartũ
diem,ut ego ſæpe facio, ubi uirtus non tolerat:uel fiat cũ minore

quantitate

quantitate ſuffumigij. Quod ſi ægritudo fuerit antiqua mala, & æger robuſtus, & alia medicamina non conferant, & cũ iſta doſi non alteretur, duplicetur doſis ſupradicta, uidelicet poſtquam prima ab igne cõſumpta eſt, iterum aliam eiuſdem ponderis pone, & ſic continuabis. Quod ſi ab ore nihil egrediatur, procedendum eſt uſq; dum ſigna alia conſumptionis materiæ appareant. Ego uero inter alios cum ſuffumigijs duos curaui qui nunquam ab alijs medicaminibus ſanati fuerunt, qui inuncti fuerunt pluries, ſed nunquam ab ore aliquid miſerunt, & erant iuuenes, & ego cum ſuffumigijs proceßi uſq; ad reſolutionem omniũ apoſtematum, habita ratione uirtutis: & ita fortis fuit reſolutio, quod ad neruorũ mollitiem & paralyſim deuenerunt, & ſic ſanati ab iſto morbo fuerunt: poſtea per aliquos menſes etiam à paralyſi liberati fuerunt: & hoc non eſt malum, cum minus ſit nocumentum in tanta morbi malignitate paralyſis, quàm ulcerum, & dolorum nocumẽtum, ut fuit in iſtis, qui corroſione oßium &c. & perforatione palati, & totius gulæ ulceratione manebant: quare &c. Et ut poßis diuerſis diuerſa auxilia applicare, in ſequenti cap. multas alias deſcriptiones ſuffumigiorum ſcribam.

Quæ doloribus opitulari in primis poſſint. Caput III.

SVprà poſita fuit una deſcriptio ſuffumigij exemplariter loquendo: hic uero diuerſas alias deſcriptiones ſuffumigiorum quæ eiuſdem ſunt uirtutis, fortiora tamen ponam: & primo, R. cinabrij puluerizati unc. vi. auripigmenti unc. ij. thuris, myrrhæ, ſandalorum rubeorum, ana unc. s. miſce, & puluerizentur ſubtilißime, & quantitas ponẽda pro qualibet uice in igne eſt unc. i. Aliud ſuffumigium: R. cinabrij unc. iij. auripigmenti unc. i. marchaſitæ unc. s. olibani, myrrhæ, ligni aloës, ana unc. s. puluerizentur ut ſuprà, & quantitas ponenda in igne eſt ab unc. ſemis uſque ad unc. i. Aliud ſuffumigium eiuſdem uirtutis quod eſt magis confortatiuum. R. cinabrij unc. ij. olibani unc. i. galliæ muſcatæ drac. ij. miſce, & puluerizentur ut ſuprà & iſta quantitas eſt pro tribus uicibus ponẽda in igne. Poſſumus etiã ex dictis rebus formare tro-

re trochiſos, hoc pacto: R. zinabrij ℥.ij. olibani, myrrhæ, belzuin, ana drach. iiij. galliæ muſcatæ drach. i. s. theriacæ unc. s. aquæ meliſſæ quantum ſufficit, miſce, & fiant trochiſci, & utere ipſis ut dictum eſt ponendo ſuper ignem pro uice uſque unc. i. pro quolibet mane, quando fit ſuffumigium. Poſſumus etiam multa alia componere addendo & minuendo ſecundum ægri uirtutem, & morbi malignitatem, & cum adminiſtraueris dicta, cibetur æger bonis cibarijs, & cuſtodiatur ab aëre frigido, poſtea in fine conſortetur ſtomachus & hepar cum rebus dictis & dicendis ubi de cura cuiuſcunque accidentium tractabo, quæ huius opuſculi ultima pars erit. Sed ut audacter in cura accedas, audi quod mihi pluries euenit. Ego ſæpe aliquos patientes morbum Neapolitanum cum unctionibus non potui ſanare, quoniam non erat ſufficiens euacuare ſiue dirigere naturam ad euacuationem totalem huius humoris: & hoc uidens ultra unctionem dictam ſuffumigia ſuperius feci. Inter quos fuit quidam iuuenis ætate uiginti annorum, nomine Dominicus de Confinio S. Petri, qui à multis Empericis, & barbitonſoribus, & mulieribus ſæpiſsime unctus, nunquam ſanatus eſt, ſed ad tantam malignitatem iſtius ægritudinis deuenit, quod tota gulæ pars, & palatum ulceribus malis infecta, neque loqui poterat, & uix comedere, & cum maxima difficultate bibere poterat, brachijsque & cruribus ſpaſmatis & contractis in lecto iacebat, ita quod ad beneficiũ corporis duo ipſum ferebant. & quando comedere uolebat, neceſſe erat quod aliquis ſibi cibum in ore poneret, & ultra hoc ulcera hinc inde per corpus erant, & grumæ ſiue apoſtemata dura cum doloribus iũcturarum, qui ipſum uel parum aut nihil dormire permittebãt cũ maxima conſumptione totius corporis: profecto caſus maximus erat, quoniam cum iſtis omnibus ſemper febriebat &c. Et cum rogaret me ſæpe mater mea, ut uellem ipſum ſanare, ſi eſſet poſsibile, ad iſpum acceſsi, & quamuis omnes dictæ cõditiones ſic erant malæ, ut nullam ſpem ex eis haberem, tamen pulſus erat cum aliquali fortitudine, de quo confiſus, facta aliquali digeſtione & parua

euacuatione, cœpi ipſum inungere cum unguento quarto in ordine, ſcripto in tractatu de cura per unctionem, additis olei roſati unc. ij. & ſic proceſſi ungendo per decem dies, interpolatis diebus: ita quod ex tali unctione dolores remiſsi fuerunt, qui cœpit dormire in nocte, & ego ceſſaui ab unctione, cibauiq; ipſum bonis cibarijs bene nutrientibus, ut ſunt oua ſorbilia contuſa, & uinum bonum. Virtute ſic confortata per xx. dies, iterum cœpi inungere ipſi iuncturas crurium & brachiorum, & factis tamen multis unctionibus ulcera non conſolidabantur, neq; apoſtemata reſoluebantur: quare cũ ſuffumigijs decreui reſiduum materiæ reſoluere: & ſic proceſsi, uidelicet in ſero ungẽbam iuncturas cum unctione, & in mane ipſo ſub pauione poſito, cum ſuffumigio primo in ordine in iſto cap. ſcripto ipſum ſuffumigaui, & ſic per multos dies proceſsi, & ulcera erant ferè conſolidata: ſed proſtrata erat uirtus: & ideo dimiſi per menſem cum dimidio ipſum cum bonis cibarijs, bonoq; regimine quieſcere: poſtea iterum cœpi ipſum inungere, & ſuffumigare, ut ſuprà dixi, & iſtis factis per quindecim dies continuos liberatus fuit. Sed quia erat in ultima conſumptione, ideo poſt ſanationem cibaui ipſum iuſculo ordaceo in mane loco ſyrupi, & ſemper ultra alias res comeſtibiles in prandio & cœna dabam iuſculum ordaceum, qui adhuc uiuit & eſt ſanus. Sic dico quod aliquando oportet procedere, quando medicamen debile non poteſt: cum fortiori, ut ſi non poteſt purgationibus, fac cum potione decoctionis ligni Indici, uel cum unctionibus: quod ſi unctione non ſanatur, fortiſsimum medicamen eſt ſuffumigium &c. Sit igitur benedictus deus trinus & unus. Et tu ſecure procede habita uirtutis & ægritudinis cognitione: quoniã, ut dixit Galenus, uirtuti forti nihil reſiſtit. Neque ſic faciendo errabis &c. Et hæc de cura per ſuffumigia ſatis, deq; cura particularium accidentium dicam.

LIBER SEXTUS.

Præfatio, in qua manifeſtantur quæ de cura accidentium in ſequentibus dicenda ſunt, Caput I.

Viſis

VISIS & declaratis modis dictis eradicatiuis curationis iſtius morbi, ad completam doctrinã hic particularium accidentiũ curam deſcribere non inutile erit, quoniam particularia accidentia applicatione particulari indigent, ſi quis ipſis ſolis intendat, uel etiamſi ad primariam ægritudinis curam fiat intentio: quæ accidentia ut dictum fuit ſuperius, fuerunt puſtulæ, dolores, apoſtemata dura, ulcera maligna. Sermo igitur iſte erit de modo ſuccurrendi puſtulis, doloribus, apoſtematibus, & ulceribus morbi Neapolitani cum medicinis particulariter applicatis, ſecundum diuerſitatem eorũm, cum ſigillatione iſtius ſermonis per modum confortationis membrorum, & præſeruationis à recidiua.

Puſtularũ tum per unguẽta, tum per alia præſentanea remedia curandi methodus. Caput II.

A Puſtularum igitur curatione particulari incipiam: quæ cura diuerſis medicaminibus perficitur, quorum primum eſt unguentum benedictum meum completum, in cura per unctionem ſcriptum, cum quo puſtulæ unguantur ſigillatim mane & ſerò, uel cũ alio ex dictis, & ſic ſanabis unamquanq; puſtulam in quacunq; parte corporis. Quod ſi contigerit ex dictis puſtularum unctione, quod gingiuæ alterentur, & phlegma ab ore fluere incipiat, deſiſtendum ab unctione ipſarum erit, & ſuccurratur modo dicto in cura nocumenti oris per unctionem. Et nota quod aqua ordei in hoc eſt multum proficua cum diamorone, & melle roſato, ut dictum eſt. Quod ſi ſine unguento puſtulas remouere ſiue ſanare uolueris, Recipe aquæ ardentis, aquæ roſatæ, ana unc. vi. ſublimati drach. ij. bulliant lento igne uſque ad diſſolutionem ſublimati in uaſe uitreo ſiue uitreato, & ſerua: cum qua aqua poſtea tange unamquanq; puſtulam ſero & mane, quoniam ſanat ipſas in quacunq; corporis parte fuerint. Alia aqua eiuſdem uirtutis, delens uidelicet puſtulas dicti morbi. R. aquæ cum qua fit ſapo, ℥. iiij. aquæ roſatæ ℥. ij. ſalis armoniaci, aluminis rochæ, ana

℥.ij.bulliant parum lento igne,& ſerua,cũ qua aqua bis in die puſtulas tangas. Alia aqua eiuſdem uirtutis. ℞.aquæ maris,aquæ roſatæ,ana unc.iij.ſublimati,uiridi æris,ana unc.i.s.bulliant ad conſumptionem quartæ partis,& cum iſta aqua puſtulæ bis in die tangantur. Alia aqua ſanans puſtulas ut ſuprà. ℞.aquæ roſatæ ℥.vi. arſenici albi ℈.i.s.ſalis armoniaci,ſalis gemmæ, ana,℈.iiij.aluminis rochæ ℈.ij.bulliant ut ſuprà,& tange puſtulas. Alia aqua delens & ſanans puſtulas morbi Neapolitani,cum qua etiam mulieres quæ habent cutem groſſam:nigram & ſquamoſam, ſubtiliant, dealbant & mundificant ipſam,& eſt bona ad remouendum ueſtigia puſtularum & aliorum ulcerum. ℞.argenti uiui ℥.iiij. dequoquantur in ouo hoc pacto:facto foramine in ouo crudo,pone intus argentum uiuum, poſtea obturabis foramen cera,ſiue aliqua alia re:deinde ſub cinere,uel in aqua ad ignem uſq; ad oui indurationem coque:deinde accipe dictum argentum uiuum, & argenti ſublimati ℥.i.aluminis rochæ ℥.ij.incorporentur ſimul in mortario lapideo cum baculo ligneo nitido ſemper agitãdo & ponendo parũ aquæ roſatæ,uel uiolarum,aut cucurbitæ: & fiat hoc in mane per multos dies,in ſero uero dimittatur quieſcere, & ſic fiat donec albeſcat ſicut nix,& hoc totum pone in phiala uitrea, & deſuper pone aquæ pluuialis claræ libras duas,& coque lẽto igne ad conſumptionem medietatis,& quieſcat donec reſideat in fundo ad minus per noctem,& abiecta aqua iterum pone totidem aquæ, & iterũ bulliat ut ſuprà,dimitte quieſcere & reſidere, & poſtea cola per colatorium,iſtamq; colaturam ſerua pro uſu ad puſtulas ſanandas, quæ eſt mirabilis crede mihi. Alia aqua fortior,quæ non ſolum ualet puſtulis exterioribus,ſed ſanat ulcera mala intrinſeca oris,palati,& gulæ,ſanatq; ulcera uirgæ & uuluæ, ſi cum ea tangentur diſcrete,cuius hæc eſt deſcriptio: ℞.aquæ ſeparationis auri ab argento,deſcriptionem cuius ponã, ubi modum conficiendi puluerẽ rubeum,à me angelicum dictum,docebo,unc.ij.aquæ roſatæ unc. i.miſce,& utere tangendo,ut dictum eſt in alijs: quod ſi fuerit nimis acuta,adde aquam roſatam,& erit mitior. Ego iſto medicamine

mine ulcera mala oris & gutturis multa ſanaui, & eſt mirabile præſidium. Quod ſi contingat aliqua oris inflammatio, uel ingignatio, utere aqua ordei tepida, uel lacte ouino ſiue uaccino. Potes etiam alias lotiones componere, & aquas pro puſtulis fortiores & mitiores ſecundum neceſſitatem: & quando uis maiorem ſtipticitatem, pone plus de alumine rochino. Quod ſi propter acuitatem ſublimati accidat dolor, aut excoriatio, uel tumor, unge puſtulas cum butyro, uel laua cum aqua ordei, aut cum alijs extinguẽtibus, & mitigantibus dolorem. Nota tamen quod iſtæ aquæ & unguenta dicta ualent ad manuum & pedum fixuras, & ad alia ulcera calloſa iſtius morbi, ſi quis cum ipſis tangat ulcera & fiſſuras, uel ſuauiter lauet. Et hæc de remedijs puſtularum ſufficiant. Sed quoniam aliquando apparet in cruribus, & circa ulcera etiã aliquæ paruiſſimæ puſtulæ, à materia acuta iſtius morbi, quæ excoriant, & maximum cauſant dolorem, quas cum iſto linimento ſi inunxeris ſanabis. R. unguenti de tutia, populeonis, roſati Meſue, ana unc. i. lithargyrij argentei, chimoleæ, acaciæ, ana drach. ij. ſucci plantaginis, ſolatri ana q. ſ. miſce, & ducantur in mortario plumbeo donec perfecte incorporentur, cum quo unge excoriationem, & parua ulcera, & ſanabis. Et hæc ſatis de puſtulis.

De his quæ opitulantur doloribus. Caput III.

CVm dolores fiant in omnibus partibus corporis, ut experiẽtia ipſa teſtatur, & de eorum cauſis iam dixerim, ſuccurratur ſecũdum diuerſitatem dolorum & membrorum: qui uero ſunt intenſi, cum fortioribus, & quando ſunt remiſſiores, cum mitioribus medicaminibus ab intra & extra applicatis. Et quoniam uerior cura eſt remouẽdo cauſam, ideo in primis de his quæ ab intra ſumuntur dicam, quæ etſi non tollunt totalem cauſam, tamen remouent ſecundum partem, & ſic mitigant dolores per aliquod tempus: de quibus ſunt electuaria iam dicta in cura per pharmaciam, & etiam ſunt pilulæ ibi dictæ; ad quam partem oportet redire. Sed ultra illa ſcribã remedia alia per me ſæpiſſime experta in multis, & in primis pilulas ex inuentione noſtra, quæ euacuant mate-

riam antecedentem & coniunctam accidentium morbi Neapolitani inueterati, & ſic mitigant dolores per tẽpus in quacunq; parte corporis exiſtentes, quarum hæc eſt deſcriptio: Rec. ſatirionis drac. i. hermodactilorum drach. ij. myrobalanorum chebularum, citrinarum indarum, ana drach. i. s. agarici, maſtichis ana drach. ij. s. zinziberis drach. i. ſpecierum hieræ picræ unc. s. aloës boni, unc. i. s. diagridij ſcrup. ij. fiat maſſa cum ſucco cucumeris aſinini, & ſucco roſarum, doſis quarum eſt uſque ad drachmam unam. Aliæ pilulæ expertæ, ut ſupra ualentes, & ſunt fortiores, quæ mirabiliter tollunt dolores. R. ſpecierum hieræ picræ, maſtichis, myrobalanorum citrinarum, chebularum, indarum, ana drach. ij. interioris coloquintidæ, claterij, hermodactylorum, ſatirionis, zinziberis, ana drach. i. s. ſerapini drach. iij. s. ſalis Indi drach. ij. fiant pilulæ cum ſucco cucumeris aſinini, & ſucco roſarũ, & doſis earum eſt uſq; ad drach. i. Educunt materias crudas à quacunq; parte corporis, & maxime a iuncturis, & capite. Aliæ pilulæ quæ anodinæ dicuntur, mitigantes dolorem euacuando ut ſuprà. R. pilularum cochiarum Almanſoris drach. viij. aloës boni ʒ. vij. hermodactilorum ʒ. iij. diagridij ʒ. i. roſarum rubearum ʒ. i. s. fiant pilulæ cum ſucco roſarum, & doſis eſt ʒ. i. Aliqui uero ſedant dolores euacuando cum puluere hermodactylorum, ſumendo ʒ. i. s. deſcriptionem cuius nullibi me legiſſe memini, ſed credo eam eſſe magiſtralem ab aliquo innominato: & ideo ponam eius deſcriptionem, etſi aromatarij ferè omnes eam componant: & confert doloribus podagricis a materia frigida & aliorũ mẽbrorum, & maxime doloribus morbi Neapolitani: cuius hæc eſt deſcriptio: R. Hermodactilorum, turbit, ana ʒ. iij. diagridij ʒ. ij. s. zinziberis drach. i. maſtichis drach. s. zuccari fini drac. vi. miſce, & fiat puluis ſubtiliſſimus, doſis eſt uſq; ad drach. ij. Et quoniam ſunt quidam abhorrentes electuaria, pilulas, & pulueres, ideo ego ſæpe iubeo hoc ſolutiuum in forma ſolida ſiue in rotulis ſumere. R. diadraganti frigidi, ſucci citoniorum, ana unc. ij. hermodactylorum, zinziberis, ana unc. s. turbit electi unc. i. diagridij drach. iij. tereniabin, ſucci

roſarum

roſarum, ana unc. i. mucilaginis ſeminum carthami unc. ſ. zuccari fini unc. xvi. miſce, & fiat confectio in rotulis, & doſis eſt unc. ſ. uſque ad drach. vi. Et nota quod hora conuenientior aſſumptio‑nis ſolutiui pro doloribus eſt in ſero ante tẽpus ſiue aduentum pa‑roxyſmi, ſiue ante tempus principij doloris, & eſt circa horam xxij. & hoc quoniã materia iſta uiſcoſa melius educitur per phar‑macum, quando mouetur à natura, & etiam cum minori moleſtia, ut in multis experientia mihi notum fecit, & iſta ſufficiant per in‑trinſecas applicationes. Et ad ea quæ extrinſecus applicata confe‑runt deuenio, quæ cum ſint diuerſa, dolorem diuerſimode mitigãt. Stupefactiua uero etſi dolorem mitigant, non tamen in iſto morbo applicanda ſunt, quoniam augent malignitatem frigiditatis mate‑riæ ſua frigiditate, deſtruuntq; calorem innatum membri, & mate‑riam ingroſſant, & ipſam difficilioris reſolutionis reddunt: quare nullo pacto applicanda ſunt, niſi in caſu mortis &c. Anodina me‑dicamina, quæ & ſine dolore dicuntur, applicata aliquantiſper cõ‑ferunt, quoniam ſunt ſatis ſimilia calori naturali, aut parum exce‑dentia, ut omnes medici docent, quæ ſunt ut oleum anethinum, de camomilla, roſatum, de andacocha, de lilio, & alia quæ confortãt uirtutem membri, & ſubtiliant materiam coniunctam, & præpa‑rant eam ad reſolutionem uel euaporationem, cum qua fit mitiga‑tio doloris, ſi loca doloris cum iſtis calidis ungas. Hoc idem flores in dictis & herbæ ingredientes faciunt, ſi in emplaſtris aut fomen‑tationibus ponantur, uel alio modo applicentur: uerum oportet medicamen diuerſificare ſecundum diuerſitatem humoris prædo‑minantis, & membri patientis, ut docuit Gal iij. Techni: & aliquã‑do cum materia eſt multum frigida & uiſcoſa adde calefacientia, ſecundum neceſſitatem, ut ſticados, & oleum liliorum, & alia ex‑perta, de quibus ſtatim per me multa medicamina bona ponam. De eradicatiuis ex toto in iſta ægritudine ſermo iſte non eſt, quo‑niam prædicta ſunt in alijs modis curæ eradicatiuæ, ſed de exper‑tis mitigãtibus, quorum iſta eſt una emplaſtri deſcriptio: R farinæ ſeminum lini, ordei, florum camomillæ, meliloti, ana unc. i. ſaluiæ,

Stupefacti‑ua dolori‑bus morbi Neap. cur minime cõ‑ueniunt.

abſinthij, ſticados, ana unc. s. uini montani dulcis q. ſ. pulverizanda pulverizentur, & fiat ex eis emplaſtrum, & pone ſuper locũ doloris, quoniam reſoluit & mitigat dolorem, quando materia eſt nimis frigida & groſſa. Aliud emplaſtrum eiuſdem uirtutis. R. florum camomillæ, ſticados, ana unc. s. hermodactylorum unc. i. olei camomillini, uini aromatici, mellis optimi, ana unc. ij. mucilaginis ſem. lini, fenugræci, & radicum altheæ, ana unc. i. bulliant ad ignẽ uſquequo emplaſtri formam recipiat, & pone ſuper locum doloris calidum. Aliud emplaſtrum pro pauperibus, & confert. Rec. furfuris, florum camomillæ, ana partes æquales, bulliant cũ ſapa q. ſ. uel cum uino dulci, & fiat emplaſtrum, & pone ſuper locum doloris. Quidam etiã cum abſinthio calefacto ſuper lapidem ignitum extinctum cum uino, calidum ponẽdo ſuper locum, ſuccurrũt doloribus. Et alij cum furfure in caldario calefacto, & in ſacculo poſito ſuper locum doloris, deinde applicatum, mitigant dolorem. Et ego ſæpe expertus ſum, & inter remedia quæ aliquid conferunt, quoniam pauca ſunt quæ conferunt, eſt de melioribus. Poſſumus hoc idem facere cum fomentis: uerbi gratia, R. florum camomillæ, meliloti, anethi, ſaluiæ, ſticados, abſinthij, ana, m. i. bulliãt in uino aromatico, & infunde in ipſo calido ſpongiam, quam bene expreſſam pone ſuper locum doloris, continuando unam applicationem poſt aliam &c. Et tu potes lauare, & etiam cũ alijs ingenijs ſic procedere, ut cum ceroto noſtro in cura per unctionẽ ſcripto hoc idem facere. Et hæc de ſedatiuis dolorum ſatis dicta ſint.

De modo reſoluendi, maturandi, & aperiendi apoſtemata dura ſiue grumas. Caput IIII.

A Poſtematibus duris ſiue grumis ſuccurratur ſecundum diuerſas intentiones ipſorum apoſtematum, uidelicet ſecundum propriam ex laudabilibus intentionem: nanq; apoſtemata uno quatuor modorum terminantur, ſcilicet reſolutione, ſuppuratione, corruptione, & induratione: eſt ſententia Principis tertia quarti cap. ij. ex quibus duo ſunt laudabiles, ſcilicet primi, & duo mali ſcilicet ultimi, de quibus nihil dicam, ne ſermo ſit longus.

longus. Si igitur uis à principio reſoluere, procede cum mollientibus calidis, in quibus ſit aliqua ſiccitas, & non tranſcendas primum gradum, ut docent omnes doctores: quæ ſunt multa, uidelicet pinguedo gallinæ, anatis, oleum camomillinum, de lilio, de Kerua: & Serapio laudat multum armoniacum, & eſt mirabile, ut dicit, quamuis excedat in caliditate: quare &c. ex iſtis potes componere & ungere tumores uel grumas dicti morbi. Vel etiam pone cerotum noſtrum ſcriptum in fine curæ per unctionem, quoniam eſt medicamen mirabile in reſoluendo. Vel pone hoc emplaſtrum ſi dicta non cōferunt. R. hyſſopi, ceroti D. Meſue diachilonalis, parui emplaſtri de meliloto, ana ℥.i. pinguedinis gallinæ, equi, medullæ crurium uituli ana unc.s. miſce, & ad ignem fiat emplaſtrum, & pone ſuper duritiem, reſoluit & mitigat dolorem. Aliud emplaſtrum eiuſdem intentionis: Rec. diaquilonis cum gummis, unguenti mollitiui, ana unc.i. armoniaci diſſoluti in aceto unc.s. pinguedinis anſeris, terebinthinæ, ana unc.s. mercurij, unc.i. miſce, & fiat unguentū in bona forma, quod diſſoluit omnem duritiem morbi Neapolitani ſi ſupra apponatur. Aliud unguentum ſiue linimētum reſolutiuum. R. pinguedinis gallinæ, anatis, anſeris, ana unc.i. medullæ crurium uituli, & cruriū porci, ana unc.s. olei de camomilla drach.vi. miſce, & fiat linimentum cum quo unge duritiem ſæpe. Aliud linimentum reſolutiuum bonum. R. unguēti dialtheæ unc.i. olei liliorum alborum, pinguedinis gallinæ, butyri recentis, ana unc.s. miſce, & unge locum actu calidum. Aliud unguentum reſolutiuum quod ponitur ſuper duritiem, extenſum ſuper corium uel pannum lini. R. armoniaci, bdellij, galbani, ana unc.i. diſſoluantur in aceto: deinde adde mucilaginis ſem. lini, fenugræci, altheæ, ana unc.s. lithargyrij unc.ij. bulliant uſquequo formā ceroti recipiat, ſemper cum baculo agitando, & utere. Ad idem multum confert diaquilon cum gummis, quod ſæpe expertus ſum, reſoluit & mollificat omnem duritiem &c. quare utere remedijs dictis ſecundum neceſſitatem. Nota tamen quod ſi in linimentis prædictis aliquando poſueris portionem unguenti noſtri benedi-

cti, deſcripti in cura per unctionem, melius & citius reſolues unamquanq; duritiem. His igitur factis, & durities ſiue apoſtema grumoſum non reſoluatur, ſed potius ad maturationem declinare uidebis, tunc cum maturatiuis eum adiuuare oportet, cum medicus ſit adiutor naturæ, & non impediens, ut dixit Hippocrates, de quibus p nam deſcriptiones multas, & primo emplaſtrum maturatiuum quod omne apoſtema durum & maxime morbi Neapolitani maturat. R. mucilaginis altheæ, fœnugræci, ſem. lini, ana unc. vi. fermenti, axungiæ gallinæ, radicum liliorum alborum ſub prunas coctorum ana unc. iij. radicum altheæ elixatæ & bene piſtatæ unc. iiij. ficuum pinguium bene piſtatarum unc. ij. incorporentur, & fiat emplaſtrum ſecundum artem, & pone ſuper apoſtema. Aliud emplaſtrum maturans apoſtemata dura. Rec. radicis altheæ bullitæ, axungiæ porcinæ, gallinæ, ana unc iij. pinguedinis cerui, reſinæ pini, terebinthinæ, ana ℥. i. s. miſce, & fiat emplaſtrum ad ignem, & ualet multum maturans apoſtemata dura. Aliud emplaſtrum maturatiuum. Re. radicum liliorum alborum, altheæ, ana unc. vi. decoquantur in aqua communi, poſtea piſtentur ſubtiliſsime, & adde farinæ fenugræci, ſe. lini, tritici, ana unc. ij. s. & cum decoctione dictarum radicum fiat emplaſtrum ad ignem, & in fine adde pinguedinis gallinæ porcinæ, butyri recentis, ana unc. ij. miſcendo bene. Aliud emplaſtrum maturatiuum & reſolutiuum. Rec. radicum altheæ, unc. vi. incidantur & bulliant, & ſubſtiliſsime piſtentur: poſtea accipe totidem pinguedinis porcinæ per ſetonem colatæ, & in mortario incorporentur, & pone ſuper apoſtema. Ad hoc aliquando ualent diaquilon magnum, & unguentum mollitiuum ſeu de mucilaginibus ſuper locum retentum, quoniam maturant & reſoluunt. Valet etiam hoc emplaſtrum. Rec. radicis bryoniæ elixatæ & piſtatæ, axungiæ porcinæ colatæ, ana partes æquales, incorporentur, & utere, quoniam maturat & reſoluit, & eſt de ſecretis &c. Ex dictis potes multa alia componere reſolutiua, & maturatiua, & ipſis addere: potes etiam facere fomentationes maturatiuas, & reſolutiuas cum rebus

bus appropriatis, quam rem tibi dimitto &c. Facta maturatione aperiatur apoſtema cum ſagitella, uel alio inſtrumento incidente, & hoc ſecundum inceſſum uillorum, præterquam in fronte & in ſummie, & alijs locis quæ contrario modo aperiuntur: cauſam uide tertia quarti ab Auic. Quod ſi aliquod nocumentum per inciſionem timueris, uel ſi magis diligis cauteriũ actuale propter eius confortationem, aperi cum ipſo, & ſit gladiale &c. Verum quia multi timent actualem, etſi potentiale nõ ſit ita tutum, faciendũ tamen eſt ſi nõ habes aliam uiam, urgente neceſſitate, & cauterium potentiale ſit domeſticum & correctum. Et caue ne ipſum ſuper iuncturas uel neruos ponas, ne deſtruatur mẽbri operatio. Et hoc debemus ita in actuali quàm in potentiali animaduertere. Ego ſæpe utor iſto in apoſtematibus dicti morbi, & in bubonibus aperiẽdis, & eſt tale: Rec. ſublimati ʒ.ij.s. unguenti populeonis ʒ.iij. opij grana.v. lapidis hœmatitis ℈.s. miſce, & fiat unguentum, & pone ſuper apoſtema maturum ſecundum quantitatem foraminis quod facere intendis, quoniam aperit, ſi per ſex horas ſupra ſteterit: & poſtea eleuato cauterio pone ad procurandum caſum eſcharæ butyrum cum folio caulis, uſque dum eſchara cadat. Vel potes loco dicti cauterij uti oleo de uitriolo, & eſt mirabile ſine dolore cauterizando: & fit hoc modo: R. uitrioli romani ſiue ciprini ℥.xxx. ſalis nitri, aluminis rochæ, ana ℥.iiij. miſce, & pulverizentur omnia, & calcinentur ad ignem ſecundum artem: poſtea pone hoc calcinatum in bocia curua lutata ad ignem fornacis alchymiſtarum, & per ignem actum habebis in recipiente oleum, quod eſt cauterium mirabile, & ſine pari in quacunque operatione, & maxime in ſcrofulis & uerrucis magnis eleuandis: ſed recipiens ſit magnum, ſi uis facere dictum oleum. Nota tamen quod quando compono cauterium cũ ſublimato, & uolo ipſum ſine dolore, dimitto ipſum quieſcere per aliquos menſes, & pono etiam duplicatam doſim opij, & ipſum cauterizat ſine dolore, uel cum paruiſſimo. quod ſi ipſum potentius deſidero, addo plus de quantitate ſublimati &c. Aliud cauterium ualde mirabile aperiens apoſtema, & ſcrophulas,

Olei uitrioli compoſitio.

las, ſine dolore notabili. R. *cineris lignorum montium libras* x. *aquæ fontis lib.*xxx. *bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, deinde accipe calcem uiuam integram quantum ſit ſufficiens, ita ut aqua ſupernatet per duos digitos, & pone in dicta aqua ſiue lixiuio, & ſic dimitte per dies octo, miſcendo ſemel in die: poſtea cola per colatorium, & in colatura adde aluminis fezæ ſiue tartari unc.*vi. *& dimitte fermentari dies octo, & cola ut ſuprà, deinde* R. *lib.i. dictæ colaturæ, aquæ cum qua fit ſapo lib.s. pone in cazia ad ignem, & bulliant uſq; ad ſpiſſitudinem mellis, & habebis cauſticum mirabilis operationis.* V*el fiat hoc idem in aperiendo apoſtema cum trochiſcis calidicon in antidotario* Dini, *in expoſitione tertiæ & quartæ* Fen, *quarti canonis, uel cũ trochiſcis alchadicõ* D. *Meſue cap. de polypo, uel cũ aliquo alio deſcripto ab antiquis & modernis.* S*emper tamen ſiue cum actuali, ſiue cum potentiali cauterio apoſtema aperire intendis, ſecuriſſimum eſt ſupra locum per iiij. digitos ponere defenſiuum ad retinendum: ne noua materia propter dolorem currat ad locum.* E*t hoc potes cum iſto facere.* R. *boli armeni, ſanguinis draconis, chimoleæ, acaciæ, ana* ℥.s. *unguenti de plumbo* ℥.i. *albuminis ouorum, aceti, ana q.ſ. miſce: & fiat unguentum in mortario, & pone ut ſuprà, quoniam mitigat etiam dolorem.* A*liud unguentũ defenſiuum.* R. *unguenti noſtri benedicti unc.iij. ſanguinis draconis, chimoleæ, boli armeni, acaciæ, ana unc.s. camphoræ ſcrup.s. miſce, et pone ut ſuprà &c. & ſic unumquodq; apoſtema aperies.*

De cura omnium ulcerũ morbi Neapolitani. Caput V.

A*Perto igitur apoſtemate, reliquum eſt de curatione ulcerum dicere.* S*ed cum in tam maligna ægritudine tot diuerſitates ulcerum ſint, & ut omnia unico uerbo complectar, omnia genera malignorum ulcerum in tali morbo apparent.* E*t ideo non ſicco pede hac in parte ambulare decreui, ſed aliquantiſper expergeſacere medentes intelligo: ad memoriam auocando id quod dictum eſt in cap. de eſſentia iſtius morbi, uidelicet de occulta & maligna qualitate in iſto morbo reperta, quæ non ſolum radicalẽ impe-*

impedit curam: ſed etiam accidentium, inter quæ enumerata fuerunt ulcera, quæ diuerſimode impediuntur, ut teſtatus eſt Gal. iiij. de morbis curandis contra Theſſalum, & alij doctores etiam: quæ impedime̅ta ſunt multa, & primo ex parte ulceris, in eo quod eſt ſoluta continuitas, figuraq́; uel eſt circularis, uel fiſtularis: impeditur etiam ex parte ſaniei, quoniam aut eſt nimis ſubtilis, uel nimis groſſa, aut nimis calida, frigida, & de alijs qualitatibus, à quibus ſequitur corroſio, mollificatio, exiccatio, &c. aut quia habent occultam qualitatem, ut dixi, qua in iſtis eſt peßima cauſa impedimenti conſolidationis. Sunt etiam ex parte membri in quo eſt ulcus, aut quia naturaliter debile ut crus: aut quia multa humiditas naturaliter in ipſo abundat, ut in uulua, & gutture: ſunt etiam aliquando ex parte membri mandātis: ut eſt hepar in iſtis, quoniam quotidie nouas ſuperfluitates ad ipſa ulcera hepar tranſmittit: uel ex parte totius, quoniam corpus eſt cacochymum &c. Gomplicationes etiam cum alijs ægritudinibus materialibus & immaterialibus ſunt impedientes: & multi alij ſunt modi, ut eſt oſtracoſitas labiorum, corruptio oßium, &c. per quos omnes ſit impedimentum conſolidationis. Sed quoniam in iſtis tota uis eſt, ideo in primis regulas quaſdam uniuerſales pro iſtis ponam, poſtea ad particulares deueniam. Et primo ſi figura fiſtularis eſt impedimentum, & ſit in loco ubi poßibilis ſit apertio ſine patientis particulæ diſcrimine, aperiatur inſtrumento, uel cauterio, ſi autem nō eſt poßibile, ponantur per foratas fiſtulas, lotiones, & unguenta diſſoluta, ut dicā ſtatim. Quod ſi figura circularis in cauſa fuerit, reducatur ulcus ad aliam figuram, aliquo leui medicamine domeſtico ſecundum medici iudicium. Quod ſi großities ſaniei impediat, ſubtilietur cum digeſtiuis, in quibus ſit uirtus digeſtiua cum inciſione. Quod ſi ſaniei ſubtilitas fuerit, ingroſſetur cum conſeruantibus calorē, in quibus ſit uiſcoſitas aliqua, ut ſunt glutina &c. Et ſi caliditas, uel frigiditas, & aliæ qualitates impediāt, procedatur cum ſuo contrario, & remouebis conſequentia quæ fuerunt corroſio, & reliqua dicta ſuprà. Qualitas occulta remouenda eſt cū

his quæ

his quæ habent proprietatem, & ſunt experta, ut ſunt unguenta in quibus ingreditur argentum uiuum, & etiam puluis à me angelicus dictus: propter eius angelicam in tali morbo operationem, & eſt medicina mirabilis, cui non eſt par. Si uero membri debilitati conſolidatio impediatur, confortetur cum calidis in quibus ſit proportio cum membro: quoniam, ut inquit Auicen. ægritudo ſuo medicatur contrario, & conſeruatur ſanitas ſuo ſimili: & Galenus dixit, Calidiora calidioribus applicanda &c. Si autem hoc ab humiditate ad membra naturaliter fluente fuerit, utere exiccaticationibus fortibus, quod ſi impediens membrum tranſmittens fuerit, ut hepar, aut renes, uel cerebrum, purgentur membra illa, & rectificentur ſi eſt poßibile. Sic etiam in corpore cacochymo facies, malos purgando humores. Quod ſi propter complicationes alterius ægritudinis, curetur ægritudo complicata impediẽs, non tamen dimißa ex toto ulceris curatione, ut docet Auic. quarta quarti, & quarta primi cap. ultimo. Et ſic remouendo unamquãq; cauſam, omne genus ulcerũ ſanabis, ut remouẽdo duritiem oſtracoſam cum medicamine acuto, uel cum inſtrumẽto apto, & oßium corruptionem ſiue denigrationem remoue cum medicamine faciente relaxare ſquamas, & fruſta oßis correpti, & cum appropriatis, uel cum inſtrumentis, ut ſunt fricatoria, ſcalpro, & tripano, uel aliquo alio inſtrumento ſecundum neceßitatem membri, & quantitatẽ corruptionis oßis: & hæc dicta ſufficiant. Et remedia quæ uniuerſaliter ſuperius tetigi, particulariter hic ſcribã, & primo unguentum digeſtiuum ulcerum morbi Neapolitani, quando ſanies eſt cruda & groſſa. R. axũgiæ porcinæ, terebinthinæ, ana ℥. ij. butyri ℥. i. olei liliorum alborum ℥. i. mercurij ℥. s. ſucci arãciorum ʒ. vij. miſce, & fiat unguentum, cum quo licinia ungantur ponenda in ulcus, & etiam pannum cum quo cooperies ulcus, dicto unguento illinies, & ſecundum membri conditiones ligabis &c. Aliud unguentum digeſtiuũ, ualet ut ſuprà, R. unguẽti baſiliconis D. Serapionis, dialtheæ, ana unc. i. terebinthinæ unc. s. miſce, & fiat unguentum, & utere ut ſuprà. Aliud unguentum digeſtiuum

eiuſdem

eiuſdem uirtutis. R.terebinthinæ,butyri,ana unc.i.unguēti raſini unc.i.uitelli ouorum nu.ij.croci drach.s.miſce,& fiat unguentū. Aliud unguentum digeſtiuum quando ſanies eſt uirulenta,ſubtilis & corroſiua. R.terebinthinæ lotæ unc. iij. uitelli ouorum nu.ij. olei roſati,lithargyrij,ana unc.i.in primis ducatur lithargyrium cum oleo roſato,ita ut fiat perfecta mixtio:poſtea adde terebin-thinam & oua &c.& fiat unguentum,& utere ſuper lichinia,ut dictū eſt. Aliud unguentū ut ſuprà digeſtiuū. R.unguenti de plum-bo,terebinthinæ,ana unc.i.butyri unc.s.axungiæ porcinæ unc. s.argēti uiui unc.i.fiat unguentum ſecundū artem dictā,& utere. Potes etiā cum iſto procedere. R.olei roſati,terebinthinæ claræ, uitelli ouorum,ana ℥.i.miſce,& fiat unguentum,& utere &c. Fa-cta digeſtione quæ cognoſcitur per bonitatem ſaniei,in albedine,le-nitate,& æqualitate,oportet cum mundificatiuis procedere,& hoc ſecundum diuerſitatem ſaniei,ulcerum & membrorum. Et in primis ſcribam unguenta mundificatiua communia,poſtea particu-laria notabo. Vnguentum igitur mundificatiuum commune eſt hoc: R.terebinthinæ ℥.ij.mellis roſati ℥.i. farinæ ordei q.ſ.miſce, & fiat unguentū,quod mundificat ſaniem laudabilem in quacunq; parte corporis. Aliud unguentum mundificatiuum cōmune cum pulueribus. R: terebinthinæ ℥. ij. mellis roſati ℥. i.farinæ ordei, myrrhæ,olibani,maſtichis,ana ʒ.ij.miſce.& fiat unguētū & ute-re ſuper lichinia,ut dictum fuit. Et ne pars iſta ex multorū unguē-torum deſcriptione ſit nimis tædioſa,utere unguētis communibus ab alijs autoribus ſcriptis ſecundum neceſſitatem,uerbi gratia,in ulceribus capitis utere unguento de gumma ellenij,unguēto de be-tonica, unguento de matre ſylua &c. & in alijs membris ſecun-dum membri naturā,& ulcerum:ut unguento apoſtolorū in ulce-ribus putridis,ſordidis,malis & profundis,uel fiſtuloſis. Quod ſi non potes alio modo,diſſolue unguenta cum uino, uel aliquo alio appropriato,ut eſt lixiuium & acetum &c. Et multum confert diſſoluere unguētum egyptiacum cum aceto uel uino,& in fiſtulā inijcere,quoniā remouet duritiē ſiue carnem calloſam &c. Potes

etiam

etiam uti unguento ceraſeos magno D. *Meſue*, *& in minus malignis*, *miſcendo dicta unguenta*, *cum unguento baſilicone*, *uel cum unguento raſino*, *aut cum aureo* D. *Meſue*. *Et quando ulcus eſt calidum*, *poſſumus applicare mundificantia alterius ordinis*, *ut eſt unguentum de tuthia*, *& eſt pompholygos*, *unguentum de ceruſa*, *cum camphora*, *& ſine camphora*, *ſecundum maiorem & minorem inflammationem*: *& etiam factum magiſtraliter cum ſucco ſolatri*, *& decoctum uel unguentum de plumbo*, *& in aliquo caſu unguentum de minio cum camphora*, *& ſine*, *& alia quamplurima mundificantia quæ ſunt eiuſdem uirtutis cum extinctione &c.* *& aliquando miſcere unum cum alio*, *ut dictum eſt*, *ſecundũ alias complicationes ægritudinis*, *uel accidentium cum ipſo ulcere*, *& ſic extinguere caliditatem*, *aut prohibere corroſionem*, *& alia remouendo accidentia prohibentia conſolidationem*. *Et habita ſic conſideratione omnium tam accidentium quàm aliorum impedientium recte procedes in iſta ægritudine*, *in qua tanta malignitas reperitur*, *ut ſenſu apparet taliter quod medicamina ſcripta ab antiquis non ſemper conferunt*, *ſed potius quandoq; irritant huiuſmodi ulcera morbi* N*eapolitani*. *Et cum ſint ita experta per me*, *& alios ſæpe*, *medicamina hic ſcribere intendo cum eorum uirtutibus*, *ut ipſa canonice unicuiq; ulceri*, *& loco applicare ualeas*. *Et in primis puluis angelicus à me dictus ꝑpter mirabilẽ eius operationem & angelicam in iſto morbo*: *nam eſt medicina exiccatiua cum aliquali domeſtica & ſine dolore corroſione carnis mollis & ſuperfluæ*, *& eſt remotiua malæ qualitatis occulte ulcerum*, *& maxime morbi* N*eapolitani*: *eſtq; digeſtiua cuiuſcunque ſaniei*, *& mundificatiua remouens deambulationem & corroſionem*, *& prohibet deambulationem cancrenæ*, *diſſoluitq; ſaniem groſſam ſiue duram indigeſtam poſt apertionem grumarum*. *Et huic medicamini non eſt par in tali morbo*, *quoniam ſi cum ipſo procedas*, *uſq; ad perfectam cutis generationem ducit*, *ut ego ſæpe expertus ſum*: *& eſt nobilis in uirgæ ulceribus malignis*. *Et modus cõficiendi ipſum eſt iſte*. R. *argenti uiui lib.* i. *pone in cucurbita parua uitrea*,

trea, deinde pone deſuper aquæ cum qua ſeparatur aurũ ab argẽto lib. i. & pone cucurbitam in olla, & in ſpacio inter cucurbitam & parietem ollæ pone cinerem, ut conſeruetur olla, ne ex immediato contractu ignis rumpatur: quæ olla cum cucurbita intus ponatur ad ignem in primis lentum, poſtea augeatur modo quodam medio, & ſic cum forti igne dimittatur uſquequo tota aqua conſumpta ſit, quod cognoſcitur quia non euaporat aliquid ab ipſa cucurbita, & habebis mercurium calcinatum rubeum, pulueriza ipſum, et ſi intus aliqua portio argenti uiui remanſerit, pone dictum puluerem in catina ærea nitida ad ignem, & ſic miſcendo dimitte uſq; dum tota argenti uiui pars ſit conſumpta: & iſto puluere utere ad omnia dicta, & maxime ad ulcera uirgæ, & aliorum locorum, ubi putredo & ſanies mala prohibet conſolidationem, & in fiſtulis diſſolue ipſum cum uino, & proijce per æneam fiſtulam, quoniam mirabiliter operatur. Modus faciendi aquam ſeparationis auri ab argẽto eſt iſte: R. uitrioli romani lib. ij. aluminis rochæ ℥. xvi. ſalis nitri lib. i. pone in cucurbitã curuam lutatam. uel ſi uis pone in rectam cum capello ſuo & recipiente ad ignem fornacis, ut faciunt alchymiſtæ, & habebis aquam cum qua ſeparatur aurũ ab argento, & cum qua fit puluis angelicus, quæ aqua eſt mirabilis ad remouendas uerrucas in quacunq; parte, & maxime in ano & uulua: cauterizat etiam iſta aqua ulcera maligna ambulatiua ubicunq;, etiam in gutture, & prohibet deambulationem ulcerum ubi ſunt, ut puta, uirgæ, & uuluæ. Sed cum eſt nimis acuta, oportet lymphare ipſam cum aqua roſacea. Et ego ſæpe ſanaui ulcera mala gutturis tangendo bis in die cum aqua dicta, cũ medietate aquæ roſatæ admixta, & eſt de ſecretis noſtris. Et quamuis Ioannes de Vigo uir doctiſſimus, ipſum puluerem doceat componere ſub nomine pulueris rubei, nihil ei debeo in hoc, quoniam antequam ipſe ſcriberet: ego ipſum componebam, & habui à quodam uiro alchymiſta ſene, qui erat mirabilis experimẽtator, & multa alia ipſe docuit me, cuius anima requieſcat in pace, quoniam mortuus eſt &c. Hoc uiſo de unguentis ſcribam, & primo unguentum mundificatiuum

tiuum ulceris morbi Neapolitani expertum, remouens malam qualitatem occultam, & diſſoluens duritiem grumoſam reducendo ad bonam ſaniem, & mitigat dolorem, carnemq; laudabilem generat: cuius deſcriptio eſt iſta: R. maſtichis, thuris, colofoniæ, ceruſſæ, argenti uiui, olei roſati, ana ℥.i.ſ. axungiæ porcinæ lib.i. ſucci aranciorum ℥.i. cum quo argentum uiuum mortificabis, poſtea pone axungiam & reliqua in mortario, & cum piſtillo ducendo fiat unguentum, cum quo ulcera ſuper lichinia & pannum ponendo mundifica. Aliud unguentum mundificatiuum optimum. R. unguenti raſini, axũgiæ porcinæ, ana unc. vi. argenti uiui unc. ij. maſtichis, olibani, ceruſſæ, ana unc. i. lithargirij unc. ſ. olei de myrto unc. ij. miſce, & fiat unguentum in mortario, & utere ut ſuprà. Aliud unguentum per me maſtichinum dictum, & eſt de ſecretis, mundificat ulcera profunda, ſordida, mala: & remouet malam qualitatem occultam, ſanat quodcunq; ulcus uirgæ, & uuluæ, aliorumq; locorum humidorum, cui non eſt par. R. unguenti raſini unc. iiij. unguenti damaſceni unc. ij. mercurij, maſtichis, ana unc. i. ceruſſæ, lithargirij, ana ℥. vi. olei myrtini q. ſ. fiat ex eis unguentum in mortario, in bona forma, & extenſibile, quo utere, quoniã ægris utilitatem, & tibi honorem dabit. Vnguenti damaſceni deſcriptio eſt iſta: R. unguenti raſini ℥. iij. uiridi æris ℥. i. diſſolue in catina ad ignem unguẽtum, poſtea pone uiride æs bene pulueriza tum in fine, ſemper bene cum baculo agitando, donec perfectã habeat admixtionem, & eſt mũdificatiuum ulcerum profundorum, & putridorum, eſtq; exiccatiuum malarum humiditatum & cicatrizatiuum &c. Et hæc de unguentis ſufficiãt. Cerotaria quæ ad hanc ægritudinem conferunt ſunt diuerſa, ſicut eſt diuerſitas in diſpoſitionibus mẽbrorum. Ego uero in ulceribus capitis nunquã à cerotis de betonica diſceſſi, & quãuis de ipſis multæ ſint deſcriptiones, tamẽ unam tantum ponam: & eſt iſta: R. terebinthinæ, reſinæ pini, olei roſati, ana unc. vi. ceræ unc. v. betonicæ, matris ſyluæ: ana unc. vij. infundantur herbæ per tres dies in uino montano, dulci: & omnia alia ſimul decoque ad uini conſumptionem,

poſtea

poſtea per colatorium cola,& abiectis herbis pone ad ignem,& adde gummi elenij,ſarcocollæ,olibani,ana unc.i. pro libra,& ad ignem ſecundum artem fiat cerotum,quod eſt mirabile cuicunque ulceri capitis,& morbi Neapolitani,quoniam cicatrizat poſt incarnationem omnia capitis ulcera:uerum quando indigeo maiori exiccatione,pono cum iſto tertiam partem unguenti de minio,& eſt mirabilis operationis.In alijs corporis partibus optimũ eſt cerotum de minio uſuale,quoniam mundificat,& cicatrizat unumquodq; ulcus poſt incarnationem,uel poſt regenerationẽ carnis. Sed ut ultra uſualia,aliqua alia habeas cerotaria,ſcribã cerotum de minio quod confert ut ſuprà. R.minij unc.vi.lithargyrij aurei unc.ij.ceruſſæ unc.i.olibani unc.i.olei roſati,liliorum alborum, ana lib.i.ſepi hircini unc.iij.fiat cerotũ ad ignem ſecundũ artem, & utere ſecundum neceſſitatem. Aliud cerotum quod cicatrizat quæcunq; ulcera fraudulenta mala,& mollificat labia oſtracoſa, & occultam qualitatem remouet,maximumq; eſt præſidiũ tibiarum ulceribus antiquis,quoniam ſanat ipſa ſine dubio. R.lithargyrij aurei unc.vi.boli armeni unc.ij. olibani, opopanacis,ana unc.i.ceruſſæ,minij,ana unc.i.s.camphoræ unc.s.ceræ albæ unc. viij.ſepi caſtrati,olei laurini,ana unc.ij.olei cõmunis unc.v.fiat ex iſtis cerotum ſecundum artem,& utere,quoniã eſt de ſecretis expertis ad ulcera morbi Neapolitani maligna:nam remouet deambulationẽ,& cicatrizat,ſorditiemq; & alias malas ſanies digerit,& maxime in ulceribus cruriũ. Ad eandem intentionem ualet & mirabiliter confert cerotũ ſcriptum in cura per unctionẽ,& ego ſæpe utor,quoniam incarnat,& cicatrizat mirabiliter &c. Sed quia aliquando loca ulcerũ,& aliæ conditiones alias formas medicaminũ requirũt,ideo his uiſis,diuerſa alia medicamina,quæ diuerſis membris & ulceribus cõferunt,ſcribam.Et primo aqua conſolidatiua ulcerũ gutturis,palati, gingiuarum & labiorum,ſi cum ea bis in die cum radio,in cuius capite cotũ ſit,& in ipſa madefacto ulcera tanges. R. aluminis rochæ drach.iiij.zuccari fini drac.ij.uiridi æris ſcrup.i.aquarũ plãtaginis,roſarũ,ana unc.iiij.

bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, & cola, & utere. Alia aqua quæ eſt fortior, & nobilioris operationis. R. aquæ ſeparationis auri ab argento partem unam, aquæ roſatæ partes tres, miſce, & tange ulcera, ut dictum eſt, quoniam ſanabis ulcera dicta, quia ultra exiccationem remouet deambulationem, & prohibet deſcenſum materiæ &c. Alia aqua ſiue decoctio cum qua fit gargarizatio in ulceribus malignis gutturis & oris uel gingiuarum, reſoluitq; apoſtemata, & prohibet deſcenſum materiæ, mundificat ſaniem, & ulcera ad cicatrizationem dirigit. R. roſarum, myrtillorum, arnogloſſæ, bislingæ, plantaginis, ana ℥. iiij. balauſtiarum, gallarum, ana ℥. v. aluminis rochæ ℥. iij. aquæ plantaginis lib. i. s. bulliant ad conſumptionem tertiæ partis & cola, & in ipſa colatura pone ℥. iij. ſyrupi acetoſi, uel diamoronis, uel mellis roſati, & de alijs ſecundum neceßitatem. Alia decoctio lauatiua eiuſdem uirtutis & maioris efficaciæ, & eſt incarnatiua, confortatiua loci ulcerati, & cicatrizatiua ulceris. R. roſarũ rubearum, balauſtiarum, mirtyllorum, berberorum, ana manip. i. gallarum nu. vi. myrrhæ, aluminis rochæ, antimonij, ana ℥. iij. aquæ plantaginis in qua ferrũ decies extinguatur, uini ſtiptici non uinoſi, ana lib. ij. decoquantur ſecundum artem, & lauentur cum iſta ulcera tempore neceſſitatis in quocunq; membro: & ſi ulcera ſunt in gutture, fiat cum fruſto ſpongiæ in capite radij, uel cum alio ingenio, ut in uuluam eijciendo per ſyringam, & etiam in fiſtulis. Quod ſi iſto ingenio ulcera dicta non potes ſanare, & maiorem exiccationem uolueris, utere iſto puluere: R. tuthiæ præparatæ, terræ ſigillatæ, acaciæ, corallorũ rubeorum, ana ℥. s. ſanguinis draconis, thuris, ſeminũ plãtaginis, myrtillorum, ana ℈. i. puluerizentur, & ſimul incorporentur, & per cannulam in ulcere fiſtuloſo, uel in alio loco inſufflabis & hoc bis uel ter in die ſecundum rei indigentiam &c. Alia lotio ſiue decoctio lauatiua, ualens ad inflationem membri genitalis & uuluæ præcipue, ſanatq; eorum ulcera mala. R. roſarum rubearũ ſiccarum, foliorum myrti, corticum granatorum, balauſtiarum, tartari uini albi, aluminis rochæ, ordei, ſeminũ caulium, ana partes

tes æquales, aquæ plantaginis q.ſ. fiat decoctio in olla lapidea ſecũ dum artem, & cola, & in quacunque libra decoctionis ponantur ℥. iij. mellis roſati, & utere, quoniam mirabiliter ulceribus confert, ut dixi. Poſtremo cicatrizabis cũ unguento maſtichino ſuprà ſcri pto. Unum tamen non prætermittam, quoniam iam dictum fuit in ter enumerando ſigna & accidentia, quod aliquando poſt curam fixuræ in uolis manuum & plantis pedum: remanent etiam quædã ſquamoſitates quæ ſunt malæ, non ſolum propter defœdationem, uerumetiam quoniam ſunt aliquando cum dolore: quare ſuccurra tur ſic in primis: purgato corpore ſuffumigentur, ſeu lauentur ma nus, uel pedes cum iſta lotione calida. Recipe maluæ, fumiterræ, parietariæ, ana manip. i. radicis altheæ, conſolidæ, ana unc. iiij. bul liant in aqua dulci cum qua lauentur ut ſuprà. Poſtea ungantur cũ unguento noſtro benedicto in cura per unctionem ſcripto, uel cum iſto: Recipe albuminis ouorum nu. ij. pinguedinis hirci unc. s. ſubli matiſcrup. ij. aluminis combuſti drach. s. miſce, & fiat unguentũ in mortario lapideo cum piſtillo ligneo. Quod ſi aliqua inflatio, uel mordicatio ſequatur ex dicto unguento, unge locum cum buty ro recenti ſæpe. Et ſi propter ſublimatum times hoc unguentum, unge poſt lotionem manus & pedes cum unguẽto noſtro hircino, cuius hæc eſt deſcriptio: R. olei roſati, ceræ, ana unc. iij. ſepi hirci ni unc. i. ſucci rapæ uel napi unc. vi. bulliant ad conſumptionẽ ſuc ci, & fiat unguentum, & utere, quoniam multum confert in fixu ris manuum & pedum morbi Neapolitani, & etiam in ulceribus à uulgaribus bugance dictis, & ualet fixuris manuũ à frigore hye mis factis, & eſt medicina dicta mirabilis. Et hæc de remedijs ulce rum morbi Neapolitani ſecundum eorum diuerſitatem in figura, ſanie, & alijs. Sed quoniam ſæpe corruptio, putrefactio, aut altera tio aliqua oſſis eſt in cauſa ne ulcera conſolidentur: ut dixi ſuprà, ideo ſecundum quantitatem cum inſtrumentis tota quantitas tolla tur, utputa cum cauterio ignito, uel cum fricatorijs, & ſcalpro: quod ſi non fuerit magna, ſed ſuperficialis, & parua, cum diuerſis medicinalibus ingenijs remouebis. Et primo ualet puluis iſte ſqua

mans oſſa ſuperficialiter corrupta in quocunq; ulcere. R. radicis ireos ſylueſtris, ariſtologiæ, ana ʒ.i. centaureæ drach. ij. corticis pini drach. s. miſce, & pulueriza ſubtiliſſime, de quo pone ſuper os alteratum ſiue corruptum, quoniã remouet ſuperficiem oſſis corrupti ſiue denigrati. Potes etiam ex dicto puluere & melle facere unguentum, de quo ponatur ſuper os, ut dictum eſt. Ad eãdem intentionem ualet aqua uitæ cum melle roſato, & calcanto aduſto, in qua infundantur lichinia, & ponantur ſuper os corruptum: uel ponatur pulueris euforbij ſuper os, & eſt ultimum: aut fiat cũ iam dicto puluere, ana partes æquales mixtio, & ponatur: uel remoue cum unguento ægyptiaco ſuper os poſito &c. tamẽ ſemper bonũ eſt munire carnem circumcirca cum aliquo unguento defenſiuo, maxime quando cum acutiſſimo medicamine procedimus, ut eſt euforbium, & alia &c. Remoto igitur oſſe corrupto, ad perfectam conſolidationem cum incarnantibus, & reliquis, ut dictum eſt, uenies. De cura morbi & accidentium hæc ſatis dicta ſint: reliquum eſt de præſeruatione à recidiua, quæ rationi conſona ſunt, & experimento probata, dicere.

Qua ratione à recidiua quiſq; ſibi præcauere poſſit, & quomodo vires ſint reſtaurandæ. Caput VI.

VIſum eſt ſæpe & ſæpius, qui tali morbo laborauere, poſt ſanationem, & totalem accidẽtium remotionẽ, poſt aliquot menſes, imò poſt annos aliquos in recidiuam peſſimam incidere, tũ ob diſpoſitionem ſubiecti, tum etiam ex malo regimine in reliquis: quare ſi aliquas regulas à præſeruatione dicti morbi poſuero, non ingratas fore putaui &c. Rem igitur aggredior, que in tribus magnificis intentionibus conſiſtit: prima quarum eſt regimen in ſex rebus non naturalibus, de quibus iam ſparſim dictum eſt: & ideo poſt ſanitatem regimen illud quod iam dictum eſt confert ſi quis à recidiua præſeruare uoluerit, & maxime regimẽ contactus in coitu & alijs contactibus, fugiendo dormitionem cum infectis, & maxime coitum cum muliere ſi eſt uir, aut cum uiro infecto ſi eſt mulier, faciendo lotionem cum uino in membro uirili uel uulua cum

uino

uino calido ſimplici, uel cũ aceto non uinoſo, quod magis mihi placet, quoniam conſeruat humores ab alteratione mala: uel fiat lautio in dictis membris cum iſta decoctione: R. roſarum, myrtillorũ, ſaluiæ, abſinthij, ana manip. i. bulliãt in uino & aceto paruo: quod ſi ſunt fortia, adde totidem aquæ, & laua poſt coitum immediate: hoc etiam facito quandoq; cum uino ſolo aut aceto, & etiam antè coitum, ſi quis fatuus cum infecta coiuerit ſciens &c. Secunda intentio eſt confortare membra non ſolum intrinſeca, ſed etiam extrinſeca, maxime ſi paſſa ſint, puta dolores, apoſtemata, uel ulcera &c. Sed cum dictum ſit intrinſecum membrum eſſe hepar, à quo tota quantitas materiæ tranſmittitur, ideo ipſi primo attendere oportet, non obliuioni dimittendo ſtomachum, quod eſt membrum ſeruiens hepati immediate. Hoc idem dico de alijs membris ſi fuerint membra læſa, per quæ hepatis nocumentum fouetur, ut eſt matrix in mulieribus in retentione menſtrui: dicebat nanq; Hippocr. menſtruis euenientibus & non eueniẽtibus fiunt ægritudines &c. Parti. 5. Apho. 57
Confortantia in primis hepar & ſtomachum ſunt iſta: diarhodõ abbatis, aromaticum roſatum, triaſandali, diamuſcum dulce, pliris arcoticum, lætificãs Almanſoris, uel Galeni, uel cum unctionibus ab extra, maxime cordi: & ego utor iſta quando ſincopis accidit ægris à quacunq; cauſa. R. theriacæ bonæ, uel mithridati ℥. iij. ſucci bugloſſæ ℥. s. olei roſati, nenufarini, ana ℥. v. fragmentorum de gemmis, corallorum rubeorum, ana ʒ. s. miſce, & fiat unguentum, uel fiat epithema cordiale temperatum. Et multa alia ſcripta à doctoribus: & dabis de uno iſtorum rotulam unam uel duas in mane ſecundum neceſſitatem, per quatuor horas ante prandium: & hoc fiat per ſpacium unius menſis ad minus poſt ſanationem: ſed ego utor ſæpe diarhodone abbatis. De tertia intentione utatur ſecundum patientis uirtutem aliqua euacuatione leui reſpiciente materiam phlegmaticam, de quibus iam ſuperius dictum eſt, & uirtutes eorum in diuerſis formis, uidelicet in electuarijs, pilulis, & confectione in rotulis, & ad hoc multum ualent confectio Hamech, & pilulæ noſtræ, ſi quis magis

pilulas diligat, uel etiam cōfectio noſtra in rotulis ſolutiua, in cap. de his quæ doloribus opitulantur dicta: & ſic tuum erit ſecūdum neceſſitatem euacuare. Inter cætera ſummopere laudo prouocationem uomitus ſemel ad minus in hebdomada, ſi fieri poteſt ſine patientis diſcrimine, quoniam euacuat materiam propriam ægritudinis, & præſeruat à doloribus iuncturarum & ipſos mitigat, imò aliquando ſanat diuertendo materiam: qui uomitus prouocetur per impoſitionem digiti, uel pennæ in ore, uel cum euomitiuo domeſtico, uerbi gratia, cum aqua tepida de ſyrupo acetoſo, uel aliquo alio, ut eſt aqua rafani &c. ſemper tamen membra intrinſeca confortando tam principalia quàm fouentia: puta ſi fuerit ſplen, aut renes, uel matrix, aut caput confortetur cum appropriatis ipſis membris, aperiendo ſplenis opilationem, & menſtrua ducendo, & reliqua faciendo ſecundum neceſſitatem. Eſto tamen memor ſemper de hepate quod eſt minera iſtius morbi. Et ut completam doctrinam habeas, utere iſto electuario experto pro hepatis confortatione, quoniam mirabilis eſt eius uirtus, nam corrigit diſcraſiam hepatis frigidam. Malas humiditates ab ipſo genitas cōſumit, ſtomachum corroborat, ſanguinem mundificat, & digeſtionem perfectam procurat: cuius talis eſt deſcriptio: R. cinnamomi electi ʒ. ij. macis ʒ. i. caſſiæ ligneæ ʒ. i. s. florum granatorum agreſtium ʒ. v. croci ℈. i. roſarum rubearum ʒ. s. ſandalorū rubeorū ℥. i. paſſularū ʒ. v. miuæ citoniorum q. ſ. miſce, & fiat electuarium ſecundū artem, de quo detur in mane ad quantitatem caſtaneæ, aut ʒ. iiij. Vel dentur iſtæ rotulæ per me ſæpe expertæ: R. ſpecierum diarhodon abbatis ℥. i. myrobalanorum nigrarum, Kebularū, indarum, rheubarbari, ana ʒ. s. epithymi, polypodij, ſucci fumiterræ exiccati, ana ℈. i. ſucci eupatorij ℈. ij. ſpicæ, ſquinanti, ana ʒ. s. zuccari fini q. ſ. fiat cōfectio in rotulis cum aqua roſata, de qua ſumat æger rotulam unā aut duas in mane, ut dictū eſt ſuprà. Et ſic præſeruabis a recidiua iſtius ægritudinis. Sed quoniam interdum ſunt diſpoſitiones occultæ decipientes medicos, ita quod iterū redit ægritudo, quāuis ſit omnis obſeruatio, & in regimine diligētia:

quare

quare non oportet deſiſtere,ſed cum iterum in dictam ægritudinem ueniunt,audacter procede cũ regulis in primis curationibus dictis,uidelicet euacuando,aut cum potione aquæ ligni Indici,uel cũ unctionibus,ſiue cũ ſuffumigijs,& alijs ingenijs iam dictis,quoniam ſunt remouẽtia iſtas occultas ꝓprietates,& ſic domino auxiliante à quo cuncta procedunt,unãquanq; Neapolitani morbi diſpoſitionem ſanabis. Dicta itaq; hæc à me ſatis ſint in negocioſiſſima urbe morante,futurum eſt ut quæ cœpta iam ſunt de alijs ægritudinibus & curis,expectes,quæ eodem domino fauente perficiã. Adeſto igitur domine ſupplicationibus famuli tui,& huic noſtri opuſculi ſigillationi,ut ea quæ tuo nomine,tuaq; protectione cœpi,tuo nomine & protectione finiantur.

NICOLAI MASSAE DE MORBI NEAPOLITANI CVRA FINIS.

NICOLAI POLL CAESAREAE maieſtatis phyſici de cura morbi Gallici per lignum Cuaycanum libellus.

De præparatione ægroti ad curationem per lignum. Caput I.

IN primis igitur qui ab hoc morbo exitioſo liberari percupiuerint, etiam quantumuis male per ipſum deturpati fuerint,purgari debent ab humoribus peccantibus,præmiſſis tamen,ſi opus fuerit,digeſtiuis appropriatis iuxta medici periti cõſilium,qui quidem medicus in primis uirtutis robur membrorum principalium,operationem complexionis innatæ ab acquiſita diſtantia,& ipſius humoris abundantis peccantisq; qualitatem bene penſitauerit:quamuis etiam dixero aliquos inueniri,qui ad tantam,imò ad extremam reſolutionem reducti ſunt,ut in eis nullus fortaſſis humor purgari queat,niſi ille qui per lignum

Guaycanum educi ſolet, & talibus non uidetur cōpetere euacua-tio. Certas præterea ponere deſcriptiones digerendi, purgandiq́; quemlibet humorem, ſuperuacaneum exiſtimo, tum quia ægrotus uel puer, uel iuuenis aut ſenex, uir uel mulier eſt, tum quia regionis conſuetudo, proprietas indiuidua &c. quæ ſapiens medicus nouit, modum diuerſificant digerendi, purgandi, atq; diætandi. Inſuper aduertendum eſt, in quo etiam plurimi medicorum conuenerunt, dictum morbum fomentum ſuum habere à phlegmate ſalſo innatu-rali, necnon melancholico humore: quare non incongruum iudi-co, imò neceſſarium, huiuſmodi humorum rationem habere unà cum alijs humoribus purgandis.

De diætandis Alemanis, aliter quàm Indis, aut Hiſpanis. Caput II.

OBſeruare oportet uolentem curari à prædicto morbo, in cuſtodienda diæta ſupradictas conditiones, ut ſexum, æta-tem, regionem, conſuetudinem, & ſimilia: aliter enim diæ-tandi in uirtute debili quàm forti, aliter in ægritudine acuta quàm in chronica, aliter in aſſuetis uti cibo pauco, quàm non aſſuetis, aliter in adoleſcentia quàm in ſenectute, aliter in regionibus frigi-dis quàm in calidis, & alijs id genus: id quod fit: aut propter cor-porum, aut propter complexionū, aut propter morborum diuer-ſitatem. Indi enim habentes regiones calidiſſimas, tenui diætæ & ſubtili aſſueti ſunt tempore ſanitatis, & ideo tenuiſſima diæta ali-quando in ægritudinibus ſuis utuntur: quamuis etiam nimis tenui reſpectu degentium in Europa, quemadmodum in eorum curatio-nibus conſcriptis uideri poteſt. Has igitur tenues diætas in cor-poribus Alemanorum non laudamus, tum propter operationes naturales, corporaq́; robuſtiora, tum etiam propter climata fri-gidiora, conſuetudines, proprietates, & ſimilia. Verum experien-tia talium, & quæ ſequuntur, in corporibus Alemanorum uerifi-cabuntur apud omnes honeſtos, & maxime doctos medicinæ pro-feſſores, quibus ut ueritatis amatoribus ea moderari, & quate-nus illis conſcientia dictauerit, hanc noſtram lucubrationem au-

gere

gere uel minuere liceat.

De obſeruãdis in tẽpore quo ſumitur aqua ligni. Cap. III.

EXaminatis diligenti ſtudio cõditionibus, quas omnino ꝓ ſunꝺamẽto & regula noſtræ digreſsionis ab Hiſpanorũ diæta ſtatuimus, & æger, ut ſuprà dictum eſt, purgatus fuerit, aut nõ purgatus, ſi minus indiguerit, ſequẽti poſt purgationẽ die pars quarta cibi & potus, quẽ in ſanitate ſumere cõſueuerat, ſubtrahatur: tertia die dimidiũ: quarta die partes tres aut plus, minúſue, ſecundũ iudiciũ aſtantis medici nõ negligentis illam Hippocraticã monitionẽ, Tenues & certæ diætæ ſunt fallaces &c. Eadẽ quarta die aut ſequenti mane ante diem ſumere incipiat potũ ligni Guaycani, de quo infra, maneatq; in lecto coopertus & ſuperdormiat, & cũ ſudare inceperit, cõſeruet ſe in ſudore ab aëre extraneo, & cum panno calido lineo ſemper interim ſudorem abſtergat, patiaturq; illũ donec uirtus toleret: ſufficiat tamẽ in primis diebus per duas aut tres horas: deinde innouet linteamina, maneatq; in lecto uſq; ad horã prandij, aut ſi uult, ſurgat, manendo tamen ſemper in ſtupha uulgò dicta, aut in alio loco tepido, potius quàm calido, die noctuq; ſe cuſtodiendo ab aëre frigido aut uentoſo, atq; calore ſuperfluo, ne ſiti nimia incẽdatur. Hora decima uel undecima ſumat in prandium, partem duntaxat tertiam, aut quartam cibi, ut ſuprà dictũ eſt, ita ut ſemper cũ multa fame ſurgat à menſa, ſitq; in mẽſa cõtentus uno ferculo, & rariſsime duobus: potius enim cibi quantitas fugienda eſt in hac curatiõe, quàm qualitas, cæteris paribus. Neq; primis nouẽ diebus, aut duodecim aliquid dandũ eſt de carnibus, niſi debilitas uirtutis poſtulauerit, tũc enim detur caro, aut ſuccus eius, ut medico uidebitur. Hora quinta ueſpere cœnet, ſitq; cœna minor prandio, & cibus facilioris digeſtionis. A cœna ad quatuor horas digeſto cibo iterum ſumat potum dicti ligni, quemadmodum mane fecit, & meminerit quod utrobiq; potus ſemper ſumatur calidus: deinde uadat in lectum & dormiat, non tamen adeò cooperiatur ut ſudet, ne ſomnus impediatur: ſi uero ſudor ſua ſponte fluxerit, patiatur, quoniam id fortè à ſagaci fit natura:

mane

mane reuertatur ad potum & cætera omnia, ſeruando ordinem ſudandi, abſtergendi, præſeruandi ſe ab aëre, & cæteris omnibus ſupradictis, & hoc reiteret ſingulis diebus uſq; ad octo uel nouem uel decem dies, ut uidebitur, non exeundo domum: neq; exponendo ſe aëri frigido, aut calori nociuo, neq; interim augendus eſt cibus. Expletis uero ſupradictis diebus, pluribus etiam, uel paucioribus pro modo uirium, ſequẽtibus alijs decem augeatur cibus parumper, deinde alijs decem diebus uſq; ad triginta auctior etiam adminiſtretur, & ſic deinceps uſq; in finem curationis, etiã ſi pluribus quàm triginta uel quadraginta diebus durauerit: quod cognoſces ex uehementia & malignitate morbi. Si uero non tandiu morbus perdurauerit, ut fieri ſolet, cum recens eſt, aut ægrotus nondum à morbo nimium moleſtatur, tunc ſimiliter diætim & proportione ſeruata, uelocius, tardius úe, pro morbi uehementia, & uirium robore, cibus erit augendus. Hoc item obſeruandum eſt de aëre, ne ei ſubitò ſe exponat frigido uel calido nimium, ſed paulatim, ut dictum eſt de diæta. Potum uero ligni ſine intermiſſione ſumat uſq; in finem curationis, niſi conſtipatus fuerit, aut aliàs purgari oportuerit, de quo infra dicemus. Poſt finem primorum dierum aëre exiſtente temperate calido atq; quieto, poterit aliquando exire domum, & poſt parum temporis iterum redire, aëri uero frigido aut uentoſo, nequaquam per totum tempus curationis ſe exponat: abſtineat penitus interim à coitu, etiam ad duos uſq; menſes poſt perfectam curationẽ, quærat'q; uoluptates, & gaudia honeſta, fugiat iram, triſtitiam, ſolicitudinẽ, & ſimilia: unde bonum erit apud ſe continue aliquem habere ex charis ſuis, utputa liberos, affines, cognatos, muſicos, & id genus alios: utatur'q; per aliquot menſes bona & conuenienti diæta, caueat ſemper à ſatietate nauſeatiua, à potu uini ſuperfluo, à piſcium uſu, & rerum generantium phlegma ſalſum, aut melancholiam, ut ſunt carnes antiquæ ſalitæ, piſces itidem ſaliti, porcinæ carnes, & auiũ degentium in aquis, quoniam ea ad recidiuam diſponunt. Procurent etiam ſingulis diebus habere beneficium uentris, quod ſi natura fieri

ra fieri nequit, fiat arte, ut infeeius dicemus. Interdiu nequaquam dormiat, & ideo conandum eſt ſemper habere ſodales apud ſe, quemadmodum Alemani faciunt tempore phlebotomiæ.

De cibis conuenientibus durante curatione. Caput IIII.

RESTAT ut cibos & potus enumerem, quibus nutriendi ſunt per tempus curationis. Sunt igitur conuenientes carnes animalium omnis ſpeciei aptæ humano eſui, item uolatilium, præter degentium in aquis, ut ſunt pulli, capones, gallinæ iuuenes, & ſimilia, quæ omnia uel aſſa, uel elixa, præparari poſſunt, habita tamen ratione appetitus patiẽtis. Item oua tremula, aut ex cortice ſorbilia, uuæ paſſæ, pruna paſſa, auenata, ordeata, cichorium, ſpinachia, betæ, caules romanæ, ſimiliter rapæ, ſi conuenire poſſunt: ſi uero ex aliquibus prædictis cibis, faſtidium aut nauſea ſubſequatur, corrigantur cum tollente faſtidium, ſicut in carnibus cum ſuccis malorum granatorum, muzorum, arantiorum, ſucco acetoſæ, & ſimilibus, & pro plebeis eſt acetum bene ſaporoſum, hæc enim prohibere ſolent putrefactionẽ cibi in ſtomacho, & maxime ſi ex carnib. fuerit: alios cibos quoſcũq; prædictis oppoſitos durante ligni potione omittant, niſi indiuidua proprietas, aut aliqua ſupradictarum conditionum aliud expoſceret, ut ſi fuerit mulier prægnans, id quod iudicio medici aſtantis relinquo.

De potu conuenienti. Caput V.

POtus ipſorum per tempus curationis eſt multiplex. Primus, ſumatur lignum quod remanſit poſt decoctiodem & colationem primam, & ſupponantur libræ duodecim aquæ ſimplicis, & bulliant ad conſumptionẽ medietatis, mox coletur, & colatum reſeruetur in potum cum alijs cibis ſumendum, aut inter eos, ſi adſit neceſſitas bibendi. Hic potus eſt principalis, & omnino obſeruandus durante curatione ſecundum quoſdam: quem ſimiliter commẽdo, ſi aliud quodpiam non impediuerit: quare & alios ſuperaddidi potus propter Alemanorũ diuerſitatem. Secundus, bulliat in aqua ſimplici aniſum, aut marathrum, cũ modico cinnamomi.

momi. Tertius, bulliat maſtix, & parum galangæ, ſimiliter in aqua ſimplici. Quartus, & eſt potus qui tãtum debilioribus aut aſſuetis conceditur, bibat uinum clarum, album, odoriferum, lymphatum cum aqua ſimplici, hic potus poteſt concedi poſt x. aut xij. dies, durante etiam ſumptione aquæ ligni uſq; in finem. Quintus, bibat aquam ſimplicem, electam, & nulla mala qualitate infectam, in qua remollita ſit mica panis, & illam concedimus iſtis qui ſentiunt rugitum, & longam ciborum ueluti fluctuationem in ſtomacho propter uſum aquarum decoctarum: ſicut per experientiam nouimus: quod in eis ideo contingit, quia cum bonæ aquæ decoquuntur, redduntur aptiores corruptioni: quod non euenit aquis malis, ut quotidie experiuntur qui præparant ceruiſias: quoniam aquæ malæ per decoctionem fiunt meliores: & hoc innuit Auic. tertia primi in cap. de regimine aquæ & uini. ſic inquiens, Et aquæ quidẽ electionem iam demõſtrauimus: & ſimiliter emendationẽ eius ex ea quæ mala eſt. vbi expreſſe inſinuat, tantum malarum aquarum eſſe emendationem, non electarum. Similiter in ſecunda primi cap. de diſpoſitionibus aquarum: ubi tãtum aqua malas docet rectificare, & nullibi bonas per totum cap. Hæc autem hac tantum de cauſa adduximus, quia quidam ex modernis ſibi perſuadent omnem aquam crudam eſſe, & per conſequens decoquendã, quaſi omnes aquæ indigeant rectificatione, aut maturatione, cum tamẽ cruditas nõ niſi uegetatis inſit è quibus minime eſt aqua cum ſit elementum ſimplex non nutriens, ſed tãtum nutrimentum penetrare faciens, & ſubſtantiam eius rectificans, quemadmodum ponit Auicenna ſecunda primi, capite nunc allegato.

De modo ſoluendi uentrem ægri cum conſtipatus fuerit. Caput VI.

CAeterum ſumptio dictæ aquæ ſolet quamplurimis inducere ſtipticitatem uentris, puta in octo uel decem diebus, aut etiam in quindecim, & tunc uentris ſolutio hoc modo procuranda eſt. Omittat patiens bibere uno uel duobus diebus, & loco aquæ, ſuaq; hora ſumat puluerem dicti ligni Guaycani præparati hoc modo: Acci-

do: Accipiatur Guaycanũ & teratur bene, quouſq; in puluerẽ re digatur, q excribretur ſubtiliter atq; ex hoc puluere capiat æger in aurora pondus unius ducati cum dimidio, & diſſoluat modica aqua decoctionis aniſi, bibatq; calidam, deinde quieſcat, non dormiendo, neq; ſudando, in loco temperate calido, & tardetur cibus ad quinq; uel ſex horas, ſumat etiam dictum puluerem, ſi opus fuerit tertia die, nam omnino purgabit. Ego in corporibus Alemanorum darem pondus duorum ducatorum, habita ratione conditionum ſupradictarum, puta uirtutis, conſuetudinis, regionis &c. & in ſumendo hunc puluerem nullam dicunt eſſe difficultatem, neq; pericula. Si uero acciderit aliquem ægrum hoc modo non poſſe laxari, recurrendum erit ad enæmata, & medicinas lenitiuas, aut etiam euacuatiuas humorum ſecundum conſilium medici aſtantis. His demum peractis redeundum eſt ad potionem ligni, ſudores &c. ſi neceſſarium fuerit & hoc faciat uſque ad perfectam curationem, quæ ſi prolongata fuerit, & iterum conſtipatus eſt, poſt certos dies purgandus, aut leniendus erit iterum, modo & ordine ſupradictis, tempore tamen purgationis nequaquam immutet diætam.

De præparatiõe decoctionis ligni Guaycani. Caput VII.

NVnc ad præparationẽ decoctionis ueniendũ eſt: accipiat igitur in nomine Ieſu ſaluatoris noſtri ligni Guaycani, qđ ſanctũ plurimi Hiſpanorũ cognominãt, nigri aut crocei tincti lib. i. & cõminuatur in fruſtula minima, quãtũ poßibile fuerit, & in uaſe mũdo poſito ſuperinfundãtur aquæ ſimplicis & electæ lib. xij. & bulliãt lento igne quouſque cõſumpta fuerit medietas, ita enim ſufficit pro mediocriter infectis, pro multũ uero infectis, bulliat ad cõſumptionẽ duarũ partiũ, aut plus etiã, ſi extremè infectus fuerit, nam quanto plus in decoctione cõſumitur, tãto fortior operatio eſt. Seruata igitur mediocritate decoquẽdi: ut ſuprà dictum eſt, & colata aqua: remanebunt duodecim doſes pro ſex diebus cõtinuis, cũ doſis eius decoctiõis ſit libra media, unde oportet ſingulis ſex diebus nouam decoctionem fieri, & procedere Lima ſolet atteri.

modo

modo & ordine prædictis: iterum uero dum decoquitur, ſpuma quæ ſupernatat, colligatur, et in uaſe mũdo ſeruetur, exicceturq́ʒ: nam in puluerem redacta, & ulceribus, quæ in morbo Gallico fieri ſolent, ſuperpoſita, eſt mirabilis in conſolidandis illis. Lignum autem quod poſt colaturam, aut expreßionem remanſerit, ſeruetur: nam cum penuria ligni fuerit, tunc libræ uni talis ligni, addatur libra media ligni recentis, & fiat decoctio cum tanta quantitate aquæ quantam prius diximus, coquendo ea quouſqʒ medietas aquæ ſit conſumpta: deinde ſumatur decoctio quemadmodum ſuperior, quæ pro rei neceßitate idem quaſi operabitur. Eſt præterea alius modus præparationis dicti ligni per modũ ſyrupi, quo ſimilem efficaciam, quam decoctio habet, plurimi Hiſpanorũ experti ſunt, cuius præparatio eſt talis. Sumatur ex Guaycani ligni redacti in fruſtula minutißima, ut ſuprà, lib. i. & ſuperfundantur aquæ ſimplicis electæ lib. vi. & bulliant ad conſumptionem duarum partium, poſtea coletur cum expreßione, deinde accipiatur mellis boni lib. i. aquæ fontis ſiue ſimplicis libra una cum dimidia, & coquantur ſimul, & ſemper deſpumentur, quouſqʒ aqua euaporata fuerit: hoc mel deinceps ita deſpumatum ponatur ſimul cum decoctione iam ſeruata, bene mouendo ſimul cum ſpatula lignea, quouſqʒ ueniat ad modum ſyrupi, cuius erunt ſumendæ ℥. iiij. uel v. in mane, & totidem in nocte poſt horas quatuor à cœna, & operabitur idem quod decoctio ſupradicta: operatur autẽ magis per urinam & egeſtionem, quàm per ſudorem. Si uero quis uoluerit, ut per ſudorẽ magis operetur, accipiat de ſyrupo ℥. ij. uel vij. ſecundum ægroti uirtutem, ut Hiſpani dicunt ſe eſſe expertos.

De inæqualitate temporis curationis. Capuт VIII.

TEmpus curationis morbi Gallici per Guaycanum ualde inæquale, & diuerſum eſt: nam ut experti referunt ex India uenientes, Indi plebei multum etiam infecti, in decem diebus plus uno die aut minus, curam perficiunt ſeruantes diætam tenuißimam: nobiliores uero & reguli, curam perficiunt in una lunatione ſeruantes etiam tenuem diætam, licentiorem tamen plebea.

Hiſpani autem curantur aliquando quindecim diebus, aliquando uiginti, aliquando triginta, aliquando quadraginta, pauci tamen prolongarunt curam ad ſexaginta dies. Cauſam huius inæqualitatis non iudico eſſe aliam, niſi uel fortitudinem morbi, uel debilitatem uirtutis mēbrorum principalium non potentis tam facile actuare medicinam ligni, aut ſimile quid, puta iram, aut triſtitiam, quam profecto extremè pernicioſam in huiuſmodi morbo homini eſſe experientia ipſa rerum magiſtra comprobauit, unde concluidendum erit eouſq; miniſtrandam eſſe medicinam, quouſq; æger uiderit ſe ſanum euaſiſſe. Sunt enim multa Alemanorum corpora adeò per argentum uiuum, ſiue aliud malum regimen deſtructa, ut illa parum aut nihil in eis operari poſſit: quare meo iudicio, etiam non ſine fructu ægri, medico aſtanti: & fideli, rem omnem puto eſſe committendam.

De aſſumptione ligni Guaycani ſecundum modum ex Hiſpania allatum. Caput IX.

ACcipe lignum Guaycanum, atq; illud ita rade, ut ex eius minutiſsimis raſuris impleantur cyathi duo: quas deinceps raſuras pone in olla noua cum quindecim cyathis aquæ, & fac ut bulliant quouſq; cōſumentur tres aquæ partes, reliquū uero poſtquā fuerit refrigeratum, coletur, & ex hoc bibe unū cyathum mane, aliū in meridie, & aliū in nocte, & caue à frigore, ac ab aëre, nec egredere lectum. Præterea ægrotans tenui diæta debet uti, nec aliud comedere, quàm panem biſcoctum, pruna paſſa, uel uuas paſſas: nec bibere uinū, nec aquam. quod ſi à ſiti uexaretur, parū bibat decoctionis ſupradictæ, quæ propter malum ſaporem quem habet auferet uolūtatem bibendi, itaq; patiens utatur hoc regimine per octo uel nouē dies, poſt quos per ſex uel ſeptē dies ſequētes poterit comedere uitellum aliquem oui coctum in aqua cum pauco ſale: poſtea uero per uiginti aut uigintiquinq; dies ſuccedētes comedat in prādio, & cœna, quæ tēpeſtiua ſint pullos paruos: ſicq; agēdo ulcera etiā ad ipſa oſſa profunda conſolidabuntur, & dolores tollentur. Poſt ſumptam autem aquam ligni caueat à frigore, & à

comeſtione rerum acrium & ciborum malorum, & in primis à coitu, nec bibat uinum aut aquam puram, ſed uinum bene lymphatum: & cum hoc regimine bibendo dictam aquam, etiam ſi per decennium uexatus fuiſſet patiens à morbo Gallico, & haberet ulcera profundiſſima, euadet. Si fortè autem ulcera non conſolidentur per totum tempus quo ſumitur aqua, non eſt timendum, quia ita etiam poſt tempus ſumptionis operatur uirtute ſua, ut ulcera omnia conſolidet. Sed notandum eſt huiuſmodi decoctionem eſſe faciendam ſingulis duobus uel tribus diebus, quia melius eſt ut recens bibatur, purgat enim per ſeceſſum, uomitum, urinam, & ſudorem, ut in Hiſpania expertū eſt.

FINIS.

BENEDICTI DE VICTORIJS Fauentini, philoſophi & medici exquiſitiſſimi, de morbi Callici curandi ratione Liber.

QVANDOQVIDEM *& ante nos multi, iidemq́ expertiſsimi medici, de morbi Gallici curatione non pauca ſcripſerunt, circaq́ originem illius ac cauſas & ſigna non mediocrem inſumpſerunt operam, nos non abs re hoc loco de his uerba facere prætermittemus: quod autem ad uerã medendi huius morbi methodum attinet omnia compendioſe tradeemus, ita tamen, ut nihil eorum negligatur quæ uel à ueteribus cõmode reperta ſunt, uel à nobis feliciſsime comprobata. Cum itaq́ prima morbi Gallici affectio ex cõtagione, ut omnes profitentur, ortum habeat, ideo primi membri affectio, hoc eſt uirgæ, ſic curari debet. Primũ apparente in uirga ulcere, puſtula, uel corroſione (hæc enim fœdarum mulierum commercia conſequi ſolent) fiat lenitio uentris, & materiæ afficientis minoratio, modo infraſcripto: R. florum caſsiæ nouiter tractæ ℥. i. cõfectionis Hamech ʒ. ij. miſce, & fiat bolus cũ zuccaro, exhibeaturq́ per tres horas ante diem. Sequenti uero die quatuor uētoſæ ſuper nates è directo uirgæ affectæ, cũ ſcarificatione apponantur. Quod ſi his peractis, ulcera uirgæ augmentari non ceſſent, conſulo ut quarta die fiat phlebotomia ex uena cõmuni, quãtitate quatuor unciarum: demũ quater per diem abluat ulcera cum ſequenti decoctione, quæ illa optime mundificabit & abſterget. Interea tamẽ obſeruabis omnibus modis, quod poſtquam uirga commode abluta & abſterſa fuerit, extendatur die ſequenti unguẽtum ſupra peciam lineam albam & ſubtilem, ac loco exulcerato applicetur. Decoctio autem talis eſt: R. granorum myrti, roſarum rubearum, corticum granatorum, ana manip. i. bulliant in ſufficienti quantitate uini albi uſq́*

ad tertiam partem,& colentur : poſtea uero cum colatura,uir-ga,ut ſuprà dictum eſt,abluatur. Vnguentum uero hoc eſt: R.*un-guenti albi unc.iij.aloes hepatici ʒ.i.tutiæ præparatæ ʒ.iij.camfo ræ,grana* vi.*aluminis uſti ʒ.i.s.uiridis æris ʒ.i. olei roſarum ʒ.s. miſce,& in mortario plumbeo bene ducantur quouſq; fiat unguē-tum:& ſic conficiendo,facta ablutione,totidem per diem renoue tur unguenti applicatio.* N*am hoc pacto ulcus uirgæ ſine ulla du-bitatione curabitur,citra alias medendi intentiones.* E*o uero tem-pore quo uirgæ curatio expeditur,non eſt negligenda ipſius mor-bi* G*allici incipientis curatio, ideo patiens capiat infrà ſcriptum bolum in aurora.* R.*diaſenæ lenitiui unc.i.electuarij roſati* M*eſue drach.ij.miſce,fiat bolus cū zuccaro: altera autē die capiat infrà ſcriptū ſyrupū in aurora,continuando per ſeptē dies perpetuos.* R.*oxymellis ſimplicis,ſyrupi de fumoterræ , mellis roſati colati, ana unc.s.aquarum fumiterræ,ſcabioſæ, cicoreæ, ana unc.i.mi-ſce.* P*oſtquam uero tertio die ſyrupum acceperit, conſulo ut per duas horas poſt aſſumptionem ſyrupi faciat phlebotomiam baſili-cæ dextri lateris,quātitate quinq; unciarum.* C*æterum finitis his ſeptem diebus aſſumptionis ſyruporum,octaua die capiat ſequen-tes pilulas:* R.*pilularum de fumoterræ,pilularum aurearum* N*ico lai,ana drach.s.miſce,& fiant pilulæ numero quinq;.* N*ona die cō ſulo ut intret balneum ſtuffamúe,& abluat corpus quamdiligentiſ ſime,& prouocet ſudores ſine appoſitione cucurbitularum : ſtet quoq; quietus per tres dies,ac ſtudioſe obſeruet uictus ſui rationē, comedendo cibos facilis concoctionis,boni nutrimēti,idq; parcius quàm antea:bibat etiam uinum pauciferum & medij coloris inter album & rubeum quod cerislinū appellatur.* P*oſtea autem capiat ſecundam purgationem,primum digerendo materiam per ſeptem dies continuos cum infrà ſcripto ſyrupo.* R*ec.ſyrupi de lupulis,de fumoterræ,mellis roſati colati,ana ℥.s.aquarum bethonicæ,lupu-lorum,acetoſæ,ana ℥.i.miſce.* C*um autem ter de hoc ſyrupo aſſum pſerit,mane uſurpato prius enæmate lenitiuo fiat phlebotomia ſal uatellæ lateris ſiniſtri in manu prope digitum minimum,quantita-te* V.℥.

te v.℥.deinde continuet prædictum ſyrupum uſq; ad octauam diē, qua capiat per tres horas ante lucem ſequentes pilulas: R. pilularum fœtidarum, aurearum Nicolai, de fumoterræ, ana ℈.i miſce, cum ſyrupo uiolato fiant pilulæ numero v. Facta huiuſmodi purgatione, quieſcat iterum per tres dies, & bono utatur regimine, prout ſuperius dictum eſt. Poſt hæc iterum purgetur corpus, digerendo prius materiam cum infraſcripto ſyrupo per ſeptem dies continuos: R. oxymellis compoſiti, ſyrupi de fumoterræ, de endiuia, ana ℥.s. aquarum acetoſæ, fumiterræ, lupulorum, ana ℥.i. miſce. Tertio die aſſumptionis prædictorum ſyruporum conſulo ut fiat phlebotomia per apertionem uenarum hæmorrhoidarum una hora poſt meridiem, cum appoſitione ſanguiſugarum ad quantitatem trium unciarum, aut ad maximum quatuor: deinceps octauo die, hora aſſumptionis medicinarum capiat hanc ſequentem medicinam: R. diaſenæ lenitiui, diacatoliconis, ana ℥.s. confectionis Hamech, electuarij ſucci roſarum, ana ℈.iiij. miſce, & diſſoluantur cum decoctione communi florum & fructuum in ſero caprino facta, in qua bulliant polypodij quercini ʒ.ij. epithymi ʒ.s. & fiat potus. His omnibus factis purgationibus quieſcat denuò, ac per quatuor dies bono utatur regimine. Quinta uero die ingrediatur ſtuffam, & idonea præcedente ablutione cum aqua calida, conſulo ut ei applicentur ſedecim cucurbitæ, ſcilicet quatuor in ſpatulis, quatuor in manibus, quatuor in coxis, quatuor in brachijs, cum ſcarificatione & cum ſufficienti ſanguinis extractione. Demum autem conſulo ut adornet ſibi ſudatorium humidum, quod tali pacto conficitur: R. florum camomillæ, meliloti, anethi, fenugræci, ſeminis lini, ana manip.ij. abſinthij, menthæ, pulegij, ana manip.i.s. calamēti, abrotoni, iuæ, herbæ paralyſis, ana manipu.i.s. chamæpityos, chamædryos, aniſi, fumiterræ, lapatij acuti, roſarum rubearum, ſpicæ, ſquinanti, ana manipul.i. bulliant hæc omnia in quantitate aquæ unius maſtelli cum dimidio, ad conſumptionem quartæ partis: deinde facta forti expreſſione ipſarū herbarum coletur prædicta aqua: eidem aquæ addatur nitri, aluminis, ana ʒ.iiij. ſulfuris

uini ℥.ij. & hæc omnia iterum inſimul bulliant in prædicta aqua, unica forti bullitiōe, & iterū prædicta aqua coletur & uſui reſeruetur. Vſus prædictæ aquæ talis eſt: quolibet mane in aurora, pcurata uentris lenitione, præparent uas ad magnitudinem corporis humani, & imponant aquam prædictam in uaſe illo quantum expedit, & corpus totum aqua cooperiatur uſq; ad furculam gutturis, excepto capite. Demum bene uaſculum illud cooperiatur, ne uapores exhalent, & ſic moretur in prædicto balneo per unam horam ſi ſuſtinere queat, aut ad minimum per dimidium horæ. Quod ſi eo tēpore aqua infrigidaretur, detineat aliquātiſper eius aquæ partem ſemper calidam, ut poſtea adiungēdo ipſi frigidæ, tota fiat calida. Deinde uero non exeat balneum donec corpus patientis bene ſiccetur & abſtergatur, ac ingrediatur ſtatim lectum calidū, dormiatq; duabus horis cōtinuis ſi fuerit poſſibile. Quod ſi id fieri non poſſet, ſtet diligenter coopertus pannis, & ſudet quantum poteſt. Poſt hæc lectum egrediatur, & bene exiccetur, ac mundetur corpus ſuum, & induat ueſtes, nec ſe ſubitò aëri exponat frigido. Poſt exitum autem balnei immediate accipiat zuccari bolum infraſcriptum: R. zuccari roſati ℥.s. theriacæ, uel mithridati optimi ℈.ij. miſce. Quieſcat uero ſequēti die, quo utatur exercitio mediocri, neq; corpus defatiget. Tertia die aduenìente iterum balneetur modo prædicto. Quarta autem die loco zuccari roſati capiat ſequentes pilulas: R. agarici trochiſcati ℈.i. fiat pilula una. Poſtero die iterato continuetur balneum modo dicto, rurſumq; ſequenti die zuccaro roſato cum theriaca utatur. Peracta uero alia balneatione eandem pilulam deuoret, ac hoc pacto balnea iſta continuet uſq; ſeptem dies. Si uero ex ipſis notabilem perciperet debilitatem, ut ſufferre amplius difficulter poſſit, maiore interpollatione lauacra hæc inſtituat, hoc eſt, uel de duobus, in duos dies, uel tertio quoq; die, ſecundum quod uirium robur id tolerare poſſit. Interim uero poſt balnea, ingreſſus in lectum calidum, ac ſudorum prouocatio, ſemper obſeruanda ſunt. Præterea animaduerſione dignum eſt, quod huiuſmodi humidum ſudatorium magnope-

re

pere conferat ad mundificationem puſtularum quæ in corpore apparent, ac ad reſolutionem materierum præparatarum ad faciendas gummoſitates in corpore, imò ad ulcerum quoque curationem, & ad abolitionem dolorum in morbo iſto Gallico contingentium, in quacunque tandem hi corporis parte fuerint. Si autem patiens tolerare non poterit humidum ſudatorium, fiat aliud, quod tale eſt: Recipe ſurfuris groſſi in pecia ligati lib. x. florum camomillæ, calamenti, maioranæ, ſaluiæ, roriſmarini, betonicæ, hyſſopi, praſſij, ana manipulum .i. bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, uſque ad ebullitionem fortem: deinde remoueantur ab igne, & in prædicta aqua extinguantur lapides molares prius bene accenſi, & poſt extinctionem ſtante refumatione ipſius aquæ cooperiatur ægrotus cum linteamine facto ad modum tendæ, & æger accomodet ſeſe ad uas illud effumationis aquæ, ſicq; pannis indutus fumum recipiat continuando per tres aut duas horas ad minimum, continue huiuſmodi lapides molares in tali aqua extinguendo. Magis tamen probo humidum illud quàm iſtud ſiccum, quoniam magis aperit ac reſoluit. Factis porrò his ſudatorijs per ſeptem uel octo dies, conſulo ut capiat ſemel in aurora infraſcriptas pilulas: Rec. agarici trochiſcati, pilularum de fumoterræ, aureatum, ana ℈. i. miſce cum ſyrupo uiolato, fiant pilulæ numero v. Si uero uniuerſis his tranſactis æger non releuetur à morbo Gallico, imò puſtulæ & dolores membrorum creſcant, uel in priori ſtatu perſeuerent, conſulo ut ſeptē diebus continuis, aut ſi id per uirtutis debilitatem non liceret, alternis ſaltem membra dolentia, excepto capite, unà cum iuncturis omnibus, infraſcripto unguento illiniantur: & eſt unguentum deſcriptum à Meſue in antidotario de unguentis ad ſcabiem, in quo ſine periculo mirabilē reperi effectum. R. axungiæ porcinæ ℥. v. olei laurini, argenti uiui, ceræ mundæ, thuris albi, maſticis puluerizati, ana ℥. ij. ſalis communis ℥. viij. ſucci plantaginis, ſucci fumiterræ, ana ℥. ij. cōfice ſimul cerā & axungiam expurgatam à tela ſua, & oleum laurinū immitte in uas glutinatū cū ſuccis, & bulliāt donec liqueſiāt, & adde puluerem

rem ſalis, olibani, & maſticis in ſupradicta quantitate, quæ & bulliant uſq; ad completam decoctionem, & poſtea remoue ab igne, & adiunge argentum uiuum cum ſaliua extinctum, & cum pauco olei prædicti miſce bene cum ſpatula, & fiat unguẽtum: cum quo priuſquam iuncturæ, & membra dolentia iungãtur, cõſulo ut experiatur: iungendo tantum palmas, manus, & pulſus manuum, & pedum, eaq; bene & fortiter fricet. Quod ſi huiuſmodi unguẽtum ſic iunctum non compleat curam, poteris inde iuncturas, & membra dolentia linire. Et nota quod huius unguenti conſuetudo ratione mercurij eſt afficere oſſa putredine, ac lædere os, palatum, & gingiuas. Conſulo ergo, ad remittendum & prohibendũ ingens nocumentum in membris futurum, apparente etiam prius calore, & aliquali ardore in gingiuis & palato, ut defenſetur guttur à putrida corroſione: gargarizet per unum integrum diem, ac in ore detineat infraſcriptam mixtionem: R. aquæ ordei libras iij. aceti acerrimi albi lib. s. miſce, fiat gargariſmus. Quod ſi tandem membra hæc exulcerata ſint, gargarizet diu noctuq; ex lacte uaccino, & pluries poſt gargarizationem hãc utatur paululum in ore de melle roſato, & ſic cum lacte & melle roſato procedat quouſq; oris ulcera ſanentur. Quod ſi æger prædicta iunctione non ſanatur, uigeantq; adhuc uel ulcera, uel gummoſitates, uel dolores Gallici, uolo ut deueniatur ad decoctionem ligni Guayaci. Et iterum nota quod maius iuuamentum ſuccedit aſſumendo decoctionem ligni præcedente iunctione ex mercurio, quàm econtrà: imo cauendum eſt ab exhibitione decoctionis ligni Guayaci in principio morbi Gallici: & antequam habeas modum potandi aquam ligni, præſcire debes modum conficiendi illius: R. ligni Guaycani ponderoſi, abundantis medulla, recentis, ſolidi, & non poroſi neque putridi, non de trunco, lib. i. s. puluerizetur, uel cum lima ſubtiliter limetur, aquæ fontis claræ lib. xx. miſce, & bulliant inſimul uſq; ad conſumptionem medietatis aquæ, deinde colentur, & colatura cum aqua colata reſeruetur. De iſta prima aqua detur continue in potu ipſi patienti cum aſſumit cibum ſuũ, uel cum interdiu

contige-

contigerit ſitis, de ipſa aqua ſic colata bibat. Deinde accipe prædictum lignum iam ſemel bullitum: & ei adde ligni Guaycani ſimiliter puluerizati ℥.ij. aquæ fontis lib.xx. & bulliant uſq; ad cōſumptione medietatis, deinde coletur, & de aqua colata dabis patiēti ℥.viij. in ſero cum uadit dormitum: & mane in aurora loco ſyrupi. Atque ſic continuando ueſpere & mane dabis patienti ℥.viij. dictæ aquæ tepidæ. Deinde autē prædicto ligno prius bullito adde ligni Guayaci ſubtiliter puluerizati ℥.vi. aquæ fontis lib.xvi. bulliant uſque ad conſumptionem duarum medietatum, deinde colentur cum raro colatorio, & de prædicta aqua medicabuntur ulcera, gummoſitates, membra dolentia, iuxta modum infrà dicendum. Et nota quod ſi patienti poſt aſſumptionem aquæ ſuperuenerint tormina & inteſtinorū dolores, recordetur in primis duabus aquis continue bullire ℥.i. aniſorum bene à puluere mundatorum, uel fœniculi, & hic eſt modus conficiendæ aquæ Guaycanæ. Modus autem operationis omnium iſtarum aquarum infrà ſcribetur. Vſus autem huius aquæ ſecundæ talis erit: Aqua huiuſmodi confecta, conſulo quod quolibet ueſpere in ingreſſu lecti capiat ℥.viij. tepidæ: poſt uero eat dormitum & ſtet bene coopertus pannis: ita quod nulla aëris frigiditas, neque uentus aliquis poßit ipſum attingere: ideo laudo quod feneſtræ & foramina quælibet & oſtium cameræ bene obturata ſint. Laudarem etiam ſi aut per totum tempus aſſumptionis aquæ, aut ad minus per dimidium: morā trahat in lecto, clauſis & obturatis feneſtris. Quod ſi contingeret ipſum ſurgere, quod in tempore dicto non laudo, ſit bene pellibus ueſtitus & capite diligenter coopertus, quieſcat, nō laboret, neque fatigetur, & omnia cōſueta relinquat exercitia. Mane uero die apparente tantū de prædicta aqua tepida loco ſyrupi accipiat & ſupra ipſam dormiat ſufficienter per duas horas ad maximum uel per tres, & cum iſta aqua ſecunda contentetur in ſolis iſtis potionibus. Aduentante uero hora prandij: quæ erit per ſex horas poſt aſſumptum ſyrupum matutinum, diſponatur ſibi prandium tale. Capiantur ℥.vi. panis biſcocti uſq; ad ſummum, quo de pane

comedere debet, ipſumq; cum paſſulis enucleatis, cum amygdalis dulcibus mundis, ac cum iuiubis Damaſcenis comedat ad modeſtam ſaturitatem. Cum autem expedierit ipſum bibere, bibat de aqua decoctionis factæ: toties quoties uel in hora cibi uel poſt cibum illum ſitis uexauerit, de die autem nihil penitus comedat, ſolo prandio contentus, cum rebus dictis comeſtibilibus, nullam aliam eſcam inquirendo, quoniam eſſet eius mors. Veſpere iubeo ut nihil omnino comedat, ſed contentetur tantum unc. viij. potu aquæ ſecundæ, ut diximus, & ſic cõtinuet uſq; ad quadrageſimum diem incluſiue. Si autem percipiat patiens uirtutem non poſſe illud tempus ſuſtinere ſine uirium imbecillitate, conſulo ut de ſero comedat dimidium illius quod de mane comederit, non mutatis tamen dictis cibarijs: uerbi gratia, ſi unc. vi. de mane comederit, comedat tres de ſero, & ſic de ſingulis. Atq; ſit conetur procedere ad quadrageſimum diem. Quod ſi non poſſet perdurare uſq; ad quadrageſimum diem, conſulo ut ei concedatur pullus in prandio paruus per duos dies continuos cum pane ſolo, ueſperi autem uel nõ comedat, uel ſi comederit ſolũ panẽ biſcoctũ comedat, ut dixi. Tranſactis uero duobus diebus pulli comeſtionis, iterum ſequatur primã diætã. Quod ſi interim ſentiat ſe debilẽ, iterũ comedat aliũ pullum mane per alios duos dies, & ſic uſq; ad quadrageſimum diem procedat, intercalatis diebus carnes pullinas comedendo. Nota tamen quod ſi poßit totam primam diætam quadraginta diebus tolerare, diætetur uſq; ad hunc ipſum terminum, non permutando ullo pacto dictam uictus rationem. Si uero ſufficere non ualeret, aggrediatur ſecundam diætam: neq; eam immutet uſque ad præfatum tempus. Quod ſi eam quoq; ſuſtinere nequeat, uſurpet tertiam, quæ eſt in comeſtione pulli. Porrò ſi æger moleſtatur morbo Gallico cum doloribus uel ulceribus uel gummoſitatibus, conſulo ut mediocriter cum tertia aqua iam ſuprà cõfecta, ſic operando calefaciat ipſam aquam quãtum poßit patiens ſufferrè, & madefaciat faldellas de ſtuppa linea in prædicta aqua, ac exprimẽdo aliqualiter cum manibus ipſis, apponat eas particulæ patienti,

apponendo

apponendo ſecundam ſupra primam,& tertiam conſimiliter ſupra ſecundam:deinde uero membrum faſcia ſufficienter faſcietur: & hic modus curationis bis in die obſeruetur,mane ſcilicet ante cibum & ueſperi:& hoc pacto tandiu procedat quouſque totam diætam iuxta modum dictum perficiat. Et animaduerte quod in medio temporum huius dictæ diætæ, puta uigeſimo die,patiens debet accipere infraſcriptas pilulas: Rec. agarici trochiſcati,pilularum de fumoterræ,aurearum,ana ℈.i.miſce,fiant pilulæ nu. V. eaſdem quoq; pilulas ſumet finitis quadraginta diebus. Quod ſi intra tempus diætæ patiens non haberet lenitionem uentris,conſulo ut ſibi paretur enæma ex ſola aqua ſecunda cum uitello oui,zuccaro, ſale,& oleo communi quantum fuerit expediens.

Atque hæc dicta ſint de uera medendi morbi Gallici methodo.

FINIS.

ANGELI BOLOGNINI DE CVRA VLCERVM EXTERIORVM LIBER I.

Curatio ulcerum in quibus conſiſtat. Caput I.

CHIRVRGIA *artis medicæ ſui antiquitate & certitudine pars famoſiſſima, plures habet particulas, quarũ una eſt ulcerum exteriorum curatio, de qua in hoc libello agere intendimus. Curatio autem ulcerũ in duobus maxime conſiſtit, in cognitione uidelicet eorum quæ cõſolidationem impediunt, & eorum impedientium remotione: quo fit, ut hic libellus in duas partiatur partes: pars una cõſiſtit in cognoſcendo impedientia, altera in eorum remotione: prima quidem theorica eſt, contemplatur enim ea quæ impediunt, uidelicet quæ, & quot ſint, ad hæc quomodo noceant, ſimiliter quomodo cognoſcantur. Secũda uero pars practica, medicamina tam generaliter quàm ſingulariter adminiſtrare docet: his enim ſcitis propoſitam habebimus intentionem ad amicorum noſtrorum ſatisfactionem qui me ſæpe ad hoc impulerunt.*

Conſolidationem ulcerum quæ impediant. Caput II.

D*Icimus igitur quod ea quæ conſolidationem impediũt, aut ſe tenent ex parte ulceris, aut ex parte annexorum cum* **Vlcus qd.** *ulcere. Si ex parte ulceris, cum ulcus cõmuniter deſcribatur quod eſt ſolutio continui, à qua reſudat pus & ſanies: aut ergo hoc impediens ſe tenebit ex parte ſolutionis continuitatis, aut ſaniei. Si ex parte ſolutionis continuitatis, uel erit merito figuræ ſolutionis cõtinuitatis fiſtularis, uel alterius figuræ fiſtulari proportionatæ. Si ex parte ſaniei, aut merito ſubſtantiæ, aut ſuæ qualitatis. Si merito ſubſtantiæ, aut quia ſubtilis, fluida, aut quia groſſa, uiſcoſa. Si merito ſuæ qualitatis, aut quia acuta & corrodens per ſe, & eſſentialiter, aut quia per accidens. & hæc de his quæ ex parte ulceris*

conſo

conſolationem impediunt,quæ duo fuere,uidelicet figura & ſa-
nies:figura inquam,uel figura fiſtularis,uel alia:ſanies,uel groſſa,
uel ſubtilis,aut acuta,& corrodens per ſe,aut per accidens. Im-
pedientia autem ex parte annexorum,aut ſe tenent ex parte eo-
rum quæ immediate contraria ſunt cauſis ad conſolidationem fa-
cientibus,aut ex parte eorũ quæ contraria ſunt ulceri,in eo quod
ad deteriorem naturam quàm ulcus habeat in quantum ulcus diſ-
ponunt. Si ex parte eorum quæ immediate contraria ſunt cauſis
ad conſolidationem facientibus,aut quia contraria cauſæ mate-
riali,aut quia cauſæ efficienti. Si cauſæ materiali,erit ſanguis à na-
tura alienus ipſi ulceri,& cuilibet membro etiam pro nutrimen-
to delegatus,qui contrariatur ſanguini laudabili,requiſito ipſi ul-
ceri pro materia reſtituendæ bonæ carnis:& tunc contrariatur,
quia peccans in quanto,aut in quali: ſi in quanto,aut quia ſuper-
fluus,aut quia diminutus: ſi in quali,& tunc iſtud erit,quia pec-
cans in complexione uidelicet calida, frigida,humida ſiue ſicca,
ſimplici uel compoſita,cum materia,uel ſine materia. Si uero cau-
ſæ efficienti,erit ſimiliter ea complexio quæ contrariatur com-
plexioni naturali ulcerati loci tanquam cauſæ efficienti, & ſic cō-
trariatur quia nimis calida ſiue frigida,humida ſiue ſicca,ſimplex
uel compoſita,materialis uel ſine materia. Si ex parte eorum quæ
ulceri contraria ſunt in eo quod ad deteriorem diſponant natu-
ram quàm ulcus habeat,aut ulceri contraria prout accidentia,
aut prout ægritudines: ſi prout accidentia,accidentia erunt hæc,
uidelicet dolor,fluxus ſanguinis: ſi prout ægritudines,ægritudi-
nes erunt apoſtema, oſtracatio carnis, ſuperadditio carnis,caro
mollis,ſerpigo,corroſio,putrefactio,quæ de ſe ſunt ægritudines
loco ulcerato ſuperuenientes. Et hæc ſint dicta de impedimentis
ex parte annexorum,quæ ſunt in genere duo,uti diximus,uidelicet
impedientia contraria cauſis efficientibus.uel materialibus conſo
lidationis,aut impedientia contraria ulceri tanquam accidentia,
aut tanquam ægritudines. Quæ igitur,& quot ſint impedientia
ulceris conſolidationem,dictum eſt.

Quonam

Quonam modo præfata conſolidationem impediunt. Caput III.

ENumeratis his quæ conſolidationem impediunt, nunc diuerſi ſunt docendi modi, quibus talia impedimenta impediunt. Dico igitur in primis, quod figura fiſtularis, & quæcunque alia tali figuræ proportionata, conſolidationi reſiſtunt, eo quia ex ipſis conſequitur indebita tranſpiratio ſaniei in ulcere congeſtæ, quæ poſtea in eo ulcere plus quam debeat moram cōtrahens, nitroſitatem & uenenoſitatem adipiſcitur, quæ ex parietum ulceris contractu, in eo maiorem concauitatem generat, & membrum debilitat, ad quod ſuperfluitates totius corporis tranſmittuntur. Saniei uero ſubſtantia cōſolidationem impedit, quia ſubtilitas eius fluida, membri ulcerati ſubſtantiam corrigendo, nimis eam humectat & remollit, & ſic putrefactioni diſponit, quum ea quæ putrefiunt, molliora prius reddātur & laxa. Groſſities uero ſiue uiſcoſitas poris membrorum adhærens, membrum putrefacit & corrumpit: quod enim à putrido tangitur, putrefit. Saniei uero qualitas acuta & corrodens, tam per ſe, quàm per accidens, cōſolidationem ulcerum retardat: cum humiditate membri, qua mediante fit partium continuatio, reſoluat & conſumat. Sanguis autem peccans in quanto conſolidationem impedit, ſuperfluus calorem membri ſuffocat naturalem. Diminutus uero, defectum ponit nutrimenti, unde fruſtratur natura pro generanda carne. At ſi fuerit peccans in complexione, ſiue ſimplici, ſiue compoſita, ſiue materiali, ſiue ſine materia, tunc impedit cōſolidationem, uirtutes naturales mēbri offendendo diminutè, ablatè, ſiue corruptè. Quum enim membri complexio ab aliquo offenditur, neceſſe eſt aliquam, uel aliquas, & fortè omnes uirtutes naturales deijci, aut diminui, uel corrumpi, cum ipſa cōplexio ſit harum uirtutum famula, ſiue miniſtra. Mala loci ulcerati complexio tam calida quàm frigida, humida ſiue ſicca, ſimplex uel cōpoſita, materialis uel immaterialis cōſolidationi obſtat, naturalē deijciēs complexionem, qua ſicuti inſtrumēto natura utitur ad nutrimenti cōuerſionē in membrorū

ſubſtantiam,

ſubſtantiam, & rei ſuperfluæ & nociuæ expulſionem. Si impedictiua conſolidationē fuerint accidentia ſuperuenientia ulceri, de quibus unū eſt ſupfluus fluxus ſanguinis, tunc inanitione materia carnis reſtaurandæ, & ſpiritus neceßitas ſubtrahitur, unde conſolidatio aufertur. Dolor autem uirtutem totius corporis & membri patientis proſternit, & humorum defluxum ad locum efficit, quare conſolidatio deficit neceſſariò. Apoſtema etiam, quod eſt ægritudo una ex tribus morborum generibus compoſita, uidelicet mala complexione, mala compoſitione, & ſolutione continui: multo magis credendum, quod obuiet conſolidationi, cum plures ægritudines magis naturam moleſtent, quàm una ægritudo. Carnis oſtracatio cōſolidationem prohibet, ex eo quod talis oſtrocatæ carnis poroſitates ſunt compactæ & conſtrictæ ualde, unde ineptæ ſunt tranſitu materiæ proportionatæ carni generādæ, & cōſolidationis perficiēdæ. Carnis ſimiliter ſuperadditio curationi oppugnat, tanquam quid ſuperfluum in corpore extra naturam artificio auferendum. Caro autem mollis, corroſio, & putrefactio conſolidationem impediunt, cum materia pro carne delegata à carnis mollitie alteretur, & à corroſione & putrefactione forma ſubſtātialis mēbri corrumpatur & deſtruatur. Et hæc ſatis ſint dicta de diuerſis modis, quibus præfata impedictia curationē ulcerū impediunt.

De ſignis eorum quæ conſolidationem impediunt. Caput IIII.

Aſſignatis ſpeciebus, & declaratis modis quibus cōſolidatio impediatur, ſubſequenter ponenda ſunt eorū ſigna. At quia conſolidationem impedictium nonnulla ſunt ſenſibus apparentia, itaque ſignis non indigeāt, ſicuti ſanies ſubtilis, fluida, ſimiliter ſanies groſſa, uiſcoſa, fluxus ſanguinis, dolor, apoſtema, ſiue inflatio, caro mollis, caro ſuperflua, & ſimilia. Alia uero occulta & ſenſibus immanifeſta, ita qđ ſignis indigent ea ſignificantibus, ut fiſtularis ulcerū figura: & ſimiliter quæcūq; alia figuræ fiſtulari ꝓportionata, ſaniei qualitas locū ulceratū inficiēs, mala cōplexio, ſāguis à natura alienus, corroſio, putrefactio, ideo condigne

condigne mihi uiſum eſt hoc in loco tantum eorum ſigna tradere, quæ occulta ſenſibus, & immanifeſta ſunt. Dicam igitur, quod figura fiſtularis, cuius proprietas eſt habere orificium ſtrictum, & fundum profundum, abſcõſum, & cauernoſum, & ſimiliter quæcunq; alia figura huic proportionata, denotantur per ſubtilem inquiſitionem cum tentis & probis de argento, de plumbo, de radicibus, de cereis candelis, ſeu coloratis iniectionibus. Saniei uero qualitas acuta & corroſiua per ſe comprehenditur ex his: nam color eius tendit ad colorem rubeum ſiue citrinum, uiridem, ſiue nigrum. In ea quæ per accidens, & in ea quæ etiam per ſe, ſentitur arſura, & compunctio, rubor, & inflammatio ulceris, & partium ei adiacentium: ex qua contingit, quod quicquid ab ea de ſubſtantiali forma membri occupetur, deſtruatur & corrumpatur, adeò tam naturæ malignãtis exiſtit. Sanguis à natura alienus peccans in quanto quia ſuperfluus, cognoſcitur ex patientis carnoſa & robuſta habitudine, uenarum totius ſui corporis inflatione, ſeu repletione ſaniei ab eo ulcere ſanguinolentæ emanatione. Si uero diminutus, ita quod non defluit ad ulcus materia, ex qua caro generetur in eo ulcere, tunc ex oppoſito cognoſcitur, uidelicet macilenta, ſeu extenuata patientis habitudine, uenarũ totius ſui corporis inanitione, ſaniei ab eo ulcere quàm ulcus requirat diminuta reſudatione. Si in quali, quia peccans in cõplexione calida, tunc ſignificatur ex colore corporis, & faciei, & oculorum, uergente ad nimiam citrinitatem ſiue uiriditatem, habitudine ſicca, & extenuata, ſanie colorata, colore citrino, ſiue uiridi. Et ſi peccans fuerit in caliditate nimis ſuperflua, præfata ſigna erunt uergentia ad fuſcedinem & nigredinem. Si uero peccans fuerit in complexione frigida, cognoſcitur diſcoloratione faciei & labiorũ, ſanie cum ſubſtantia groſſa uiſcoſa, ſeu cum ſubſtantia ſubtili aquoſa, habitudine phlegmatica, phlegmatis abundãtia. Si in complexione humida, indicatur ex colore corporis tendente ad albedinem, ſanie ſubtili aquoſa, tumore faciei & oculorum, frequenti abundãtia ſaliuæ. Si in cõplexione ſicca demõſtratur ex colore corporis uergen-

ris uergẽte ad nigredinẽ, ſiue ſubnigredinẽ, oculorũ liuiditate, habitudine ſicca, ſanie nigra, cinerulenta, lutoſa. Mala autẽ loci ulcerati cõplexio calida demonſtratur p ruborẽ, & per inflãmationẽ, & per caliditatem extraneã ulcerati loci, partiumq; ei adiacẽtiũ, & p reſudationẽ ab eo ulcere ſaniei, rubeo, ſiue citrino, uiridi, ſiue nigro colore coloratæ. Frigida ſimiliter complexio manifeſtatur membri & ulceris liuiditate, ſubalbedine, mollificatione, lociq; frigiditate, quo ad tactum & patientis ſenſum, ſaniei groſſæ, & uiſcoſæ, & indigeſtæ, ſeu ſubtilis cum ſubſtantia aquoſa reſudatione, priuatæ tamen omni mordicatione & incendio. Humidæ uero diſcraſiæ & exuberantis ſigna ſumuntur ex his, quoniam caro in tali ulcere, ad humidum ſuperfluum diſcraſiato: tendit ad laxitudinem & mollitiem: quare eſt facta ſqualida, mollis, & ab ea multa humiditas ſanioſa redundat. Siccam autem complexionem demonſtrant loci ulcerati ſiccitas, durities, & aſperitas, ſaniei ſubtilitas, interdum & paucitas, membri & labiorum ulceris gracilitas, ſiue accidat à mala complexione calida exiccante, ſiue priuatione ſubſtantificæ humiditatis. De putrefactione dicendum, cum alia ſit de proximo futura, alia iam facta eſt, alia ſit perambulans & procedens, alia ſit ſic in ſuo eſſe ſtans. Signa igitur futuræ de proximo eliciantur per alterationem coloris carnis, tendentis ad colorem malum, uidelicet liuidum, uiridem, ſiue nigrum, & per diminutionem aliquam ſenſus eius. Signa uero iam factæ, quoniam color carnis iam factus eſt malus, & priuatus eſt locus ulceratus ſenſu omnino, ita quod dolor non percipitur, dato quod ille locus pungatur, aut incidatur, Signa iam factæ & perambulantis à poſteriori denotatur, quoniam ad partes circunſtantes ipſius putrefactionis fit dilatatio. Et hæc ſatis dicta ſint de ſignis eorum, quæ conſolidationem impediunt.

De regulis, & modis generalibus curationis ulcerum. Caput I.

QVAENAM, & quot fuerint impedimenta in ulceribus conſolidandis, & quot modis conſolidationem impediant. ſimiliter & eorum ſigna, quibus modis appareant, ex iam dictis & pro poſſe ingenioli mei ac uiribus, cuiq; perſcrutanti ſatis innoteſcet. Reliquum autem eſt, ut accommodata tradatur eruditio, qua unumquodq; prædictorum, ne cõſolidationem impediat prohiberi poteſt. Hoc autem eſt curam ulcerum docere, & hoc primo in generali, & ſub quadam ſumma, deinde in particulari magis. Pro qua eruditione dicẽdum, quod tale conſolidationis impedimentum prohiberi poteſt triplici artis medicæ artificio, uidelicet diæta, potiõe, & chirurgia. Diæta, cibando ægrum cibis, qui ſubſtãtia, quantitate, & qualitate opponantur illis, quæ cõſolidationem impediunt. Potione uero totius corporis plenitudinem euacuante, materiam antecedẽtem eorum quæ conſolidationem impediunt digerente, complexionem totius corporis rectificante, ſi mala fuerit, hepatis maxime, mẽbrorumq; hepati deſeruientium, ut ſanguinem laudabilem in quanto & quali generet. Chirurgia ſeu manualis operatio in generali uniuſcuiuſq; eorum quæ cõſolidationem impediunt, ſubminiſtretur in hunc modum. Et primo ſi fuerit in cauſa figura fiſtularis, annihiletur, ſeu deſtruatur: & ſi non eſt poßibile, tunc ſanies in eo ulcere congeſta, merito figuræ ipſius ulceris expulſioni rebellis, antequam nitroſitatem adipiſcatur aliquo ingenio ad exteriora ipſius ulceris educatur. Si ſubſtãtia ſaniei ſubtilis fuerit humectãs, & remolliẽs membri ſubſtantiã, & conſequenter eam putrefactioni diſponens, exiccatiuis, in gradu proportionato, quæ putrefactioni reſiſtunt, & humidita-

& humiditatem illam extraneam conſumunt, curetur. Si uero fuerit ſubſtãtia ſaniei groſſæ uiſcoſæ, orificijs pororum carnis ſui uiſcoſitate adhærens, & ſic membri ſubſtantiã putrefaciens, medicinis quæ ipſam ſaniem attenuant & diſſoluũt, & cõſequenter eius groſſitiem & uiſcoſitatem deſtruunt, ab orificijs pororum carnis elongetur. Si autem qualitas ſaniei acuta & corrodens, medicinis acuitatem ipſius ſaniei refringentibus corrigatur, necnon ſaniei antecedens materia ad oppoſitas partes diſtrahatur. Si in cauſa fuerit ſanguis peccans ſolo quanto, quia ſuperfluus, plenitudo ſanguinis minoretur. Si peccans fuerit in quanto, quia diminutus nutrimentum quantulumcunq; ſit, loco ulcerato attrahatur. Si peccans fuerit in quali, quia in complexione, quæcunq; ſit illa contrarijs rectificetur. Si ſuperfluus fluxus ſanguinis, loco à quo ſanguis fluit reparetur, & ad oppoſitas partes diſtrahatur. Si dolor, membri calor naturalis confortetur, ſeu doloris cauſa abijciatur. Si in cauſa fuerit caro mollis, humidum ipſis extraneum exiccetur. Si caro ſuperflua, amputetur. Si caro oſtracata, cũ eo quod lenit & reſoluit, reſoluatur: & ſi reſolutiõi repugnat, abſcindatur. Si apoſtema, fluens materia repellatur, & fluxa reſoluatur, & ſi indigeat, reſolutioni præparetur. Si in cauſa fuerit corroſio, materia antecedens diuertatur, & fluxa, & ſimiliter loci malitia iam à materia coniuncta impreſſa conſumetur. Si putrefactio quæ iam facta eſt, corruptum & putrefactum abſcindatur. Si uero eſt de ꝓximo futura, ne omnes gradus ad putrefactionem requiſitos acquirat, prohibeatur. Si autẽ perambulans fuerit putridum remoueatur, & ſubſequenter humidum extraneum in membri ſubſtãtia impreſſum, merito cuius iterum perambulatio fieret, quod tamen nõ fuit per putridi abſciſſionem totaliter remotum, diſſoluatur. Sint ergo hæc dicta ſatis pro documento curationis in genere & ſub quadã ſumma, qua unumquodq; eorum quæ in ulceribus cõſolidationem impediunt, remoueri habeat. Nunc autem de unoquoq; in particulari dicendum, prædicta tamen declarando, uidelicet quæ poſtremo artis medicæ inſtrumento tantum enumerata ſunt.

De cura formæ vlcerum fiſtularis. Caput II.

CVm in præhabito igitur capite dictum ſit; quod figura ulcerum fiſtularis prohibetur ne cõſolidationem impediat, eam figuram fiſtularem deſtruendo & annihilando, ſeu ſaniem expulſioni rebellem merito formæ ulceris ad exteriora ipſius ulceris, antequam nitroſitatem adipiſcatur, aliquo ingenio educendo: hoc autem in loco dicendum erit in particulari, qualiter, quonam modo talis figuræ deſtructio & annihilatio perficiatur: ſimiliter quæ ſint ea ingenia, ſaniem ad exteriora ulcerum cum tali forma educẽtia. Dicatur igitur, quod figura ulcerum fiſtularis deſtruatur, ſecũdum ſe totam, aut ſecundum aliquam ſui partem. Secundum ſe totã deſtruatur, ſecando figuram ulceris uſq; ad eius radicem, ita quod nil de eius forma fiſtulari derelinquatur, niſi ubi non eſt poßibile: quoniam ſi ibi adeſſent nerui, uenæ, & chordæ, tuæ ſectioni ſe interſecantes, ſeu opponentes, ſeu os, aut magna loci diſtantia, ſeu cutis großities, tunc & eo caſu à tali exquiſita ſectione eſſet deſiſtẽdum, & ad aliam ſectionem ſeu alia ingenia deueniendum. Secundum aliquam ſui partem figura ulcerum fiſtularis deſtruatur, illius orificium dilatando, & ampliando, ſeu portam in fundo ulceris cõſtituendo. Fiat itaq; figuræ ulcerum fiſtularis ſectio ſecundũ ſe totam, aut ſecundum aliquam ſui partem cum nouacula aut cauterio: ſimiliter orificij ulceris dilatatio, & amplificatio cum eiſdem, ſeu impoſitione tentarum raræ & ſiccæ ſubſtantiæ exiſtentium, ſicuti de melegario, de ſambuco, de ſpongia præparata, de radice ariſtolochiæ, de gentiana. & ſimilibus. Educatur utiq; ſanies ingenioſe ad ulcerum exteriora expulſioni rebellis merito figuræ ulceris, altero iſtorum modorum, uidelicet medicinis lauantibus, & currẽtibus curſu, & lubricitate ſua, quam facit ablutio, ſaniem ad exteriora ulcerum educentibus, ſicuti ſunt hæc in modo ablutionis adminiſtrata, uidelicet aqua ordei, uinum melitite, aqua maris, aqua aluminis, aqua cineris, decoctio iribis, decoctio centauriæ, cũ uino non multum uinoſo. Licet etiam prædicta alio modo ſaniem ad ulcerum exteriora excutiant, & hoc eam exiccando, & abſtergendo, ſeu

do,ſeu propulſione ipſius ſaniei ad exteriora ulceris,inſitis medicatibus,unà cum plumaceolis ſuper figuram fiſtularem decenter cōprimentibus,aut ea ſituatione membri,quod orificium ulceris inferius exiſtat,& fundum ſuperius. Solet præterea à quibuſdam ſanies ingenioſe ad ulcerum exteriora educi,præparatione ulceris, ita quod ab eo ulcere ſanies ad exteriora currat, & non retineatur,imò quod ea libere euentetur & expiret,& hoc cū tentis cannulatis de braſsica,de plumbo,de argento,& ſimilibus.Expeditis his pro cura figuræ ulcerum fiſtularis & ſimiliter cuiuſcunq; alterius figuræ fiſtulari proportionatæ, nunc ad regimen ſubſtantiæ ſaniei tranſeundum eſt.

De cura ſaniei ſubtilis. Caput III.

REgimen igitur humiditatis ſubtilis,ſanioſæ, remollientis ſubſtantiam partis ulceratæ,exiccatione perficitur maiori & minori,tamen ſecundum quod à loco ulcerato fit maior & minor humiditatis ſubtilis ſanioſæ reſudatio,pro qua exiccatione optima ſunt,& ſimplicia.& compoſita,uidelicet bolus armenus,plūbum uſtum,ceruſſa,lithargyrium,antimonium,plantago,lanceola,tela aranei,galla,ariſtolochia combuſta,myrobalanorum genera,cortex thūris,maſtichæ,mirrha,aloë,ſarcocolla,rheubarbarum,panis aſſatus,raſura panni uetuſtiſsimi,ſpongia combuſta,ſymphytū uel conſolida maior,cauda equina,pix,reſina,alumen, & ſimilia. Item aqua aluminoſa,aqua marina,aqua ardens, aqua azurea,unguentum de ceruſſa, unguentum de minio, unguentum de tuthia, unguentum de plumbo, unguentum nigrum compoſitione patris mei,unguentum citrinum uſuale, unguentum de lino, unguentum irinum,unguentum de calce,unguentum de pulueribus. Vnguentum bonum pro ſanie ſubtili exiccanda: R.unguēti de lithargyro, unguenti de ceruſſa.ana unc.i.s.ceræ albæ unc.s.miſce,diſſolutis primo cera,& unguento de ceruſſa,& ultimo unguento de lithargyro. Aliud: R.ceruſſæ lotæ drac.vij.lithargyri drac.iij.ſcoriæ argenti.uel climiæ drac.ij.uitreoli drach.i.s.ceræ albæ unc.ij.s. oleiro.unc.vi.terebinthinæ unc.ij.fiat unguentum. Aliud: R.li-

thargyri bene puluerizati cum aceto & oleo roſ. miſceatur, & imbibatur in mortario plumbeo, & bene agitetur cum piſtillo ſuo donec ad augmentationem deueniat, & albificetur: deinde R. antimonij, æris uſti, balauſtiorum, uermium terreſtrium exiccatorũ & pluerizatorum, gallarum, ſanguinis draconis, aluminis, climiæ argenti, ana omnium, terantur, & cribrentur, & de eis quantum eſt ſexta pars unguenti, in mortario ponantur, & cum piſtillo incorporentur, donec bene uniantur adinuicem. Aliud: R. terebinthinæ, ceræ, reſinæ, ana, unc. iij. olei roſati uel communis unc. iiij. pulueris ariſtolochiæ rot. myrrhæ, olibani, aloes, maſtiches, ana drach. ij. s. puluerizatis puluerizandis fiat unguentum. Aliud: R. unguenti baſiliconis, unguenti de tuthia, unguenti de calce, ana ℥. i. miſce, & alia plura tam ſimplicia quàm compoſita, quæ in libris antiquorum facile eſt reperire.

De cura ſaniei groſſæ & uiſcoſæ. Caput IIII.

SAniei uero groſſæ, & uiſcoſæ, orificijs pororum carnis ſui uiſcoſitate inhærentis, & ſic membri ſubſtantiam putrefacientis, regimen complicatur applicatione localium, quæ ſui ſubtilitate ſubſtantiæ in ipſam ſaniem penetrant, & ſuo calore eam attenuant, & diſſoluunt: unde deſtructa eius groſsitie & uiſcoſitate, prohibetur ipſius ſaniei orificijs pororum carnis adhærentia, qua membri ſubſtãtia corrumpebatur: quæ ſimiliter ſaniei groſſæ & uiſcoſæ attenuatio & diſſolutio intendatur & remittatur ſecũdum diuerſitatem quantitatis ſaniei ſubtiliandæ, & ſimiliter ſecundum diuerſitatem ſaniei peccantis in groſsitie & uiſcoſitate maiori & minori: de quibus optima ſunt farina ordei, fabarum, cicerũ, orobi, lupinorum, alkanna, ariſtolochia, hypericon, acetum, cinis anethi, fermentum, crocus, laurus, iris, uel ireos, centaurium, gentiana, abſinthium, apium, baurach, mel, & omnes medicine habentes aliqualem amaritudinem, uel acuitatem, quæ ſemper cum melle præparentur. Item aqua lactis, aqua ordei, aqua mellis, aqua ciceris, uinum melitite, mundificatiuũ de melle, unguentum uiride, herbarum totius communitatis, mundificatiuum cõmune, mundificatiuum

tiuum de iride uel ireos,mundificatiuum de apio,unguentum de cẽtaurio. Vnguentum pro ſanie groſſa attenuanda bonum: R. *mellis roſati,terebinthinæ non lotæ,ana ℥ ij.thuris,myrrhæ,ana ʒ.iij.miſce.* Aliud: R. *mellis,terebinthinæ non lotæ,ana ℥.ij.coquantur ad ſpiſsitudinem aliqualem, deinde adde myrrhæ, ſarcocollæ,aloës, iridis,ana ʒ.i.s.* Aliud: R. *terebinthinæ claræ ℥.vi. mellis roſati col.ʒ.iiij.s. myrrhæ, iridis, ariſtolochiæ longæ, ana ʒ.iiij. farinæ ordei q.ſ. ad inſpißandum,diſſoluta prius terebinthina cum melle, & ultimo additis pulueribus,fiat unguentum.* Aliud: R. *iridis,ariſtolochiæ,ana ʒ.iij.terantur optime,& miſceantur tanta quantitate mellis,quod ea conglutinet,& in formam unguenti adducat. In maiori großitie & uiſcoſitate,* R. *mellis ℥.ij. uiridis æris ʒ. v. miſce. Item aliud:* R. *fecis olei ro. aceti puri,mellis,ana ʒ.i.ariſtolochiæ lõgæ,aluminis ſicci,iridis,ceruſſæ,ana ʒ.i.s.uiridis æris ʒ.ij. miſce omnia adinuicem. Valet præterea unguentum græcum maius,unguentum ægyptiacum.*

De cura qualitatis saniei acutæ & corrodẽtis. Cap. V.

R*Egimen curatiuũ qualitatis ſaniei acutæ & corrodentis tã per ſe q̃ per accidẽs,quæ humiditatem membri,qua mediãte ſi membri partiũ continuatio,reſoluit & cõſumit, perficiatur, præhabito conuenieñti regimine in ſex rebus nõ naturalibus, præhabitaq́; euacuatione materiarũ peccantium,& defluentiũ diuerſione,& ſimiliter conſtrictione uiarũ & ductuum, per quæ talis materia poſſet deferri & deflui ad locum ulceratũ. Si fuerit qualitas acuta & corrodẽs per ſe,unguento de ceruſſa,albo unguẽto de lithargyro,unguẽto rubeo cãphorato,unguẽto de bolo,unguẽto de tuthia,unguẽti de ceruſſa cocto. Vnguentũ bonũ pro cura qualitatis ſaniei acutæ & corrodẽtis:* R. *tuthiæ lotæ, ceruſſæ lotæ,ana partes æquales,puluerizẽtur,& in mortario plumbeo cũ aqua plantaginis,cum piſtillo ſuo diu ducãtur, addita terra ſigillata,& aliquãdo boli armeni,& cũ cera ſufficienti & oleo roſato fiat unguẽtũ.* Aliud: R. *lithargyri drac.viij.in mortario cũ aceto tãdiu ducatur,donec inſletur,tumeſcat & albeſcat,& cũ drac.iij.*

ceruſſæ, & drach. ij. terræ ſigillatæ, pulueris gallarũ, roſarũ, ana drach. i. cum oleo roſato & cera fiat unguentum. Aliud: R. gallarum, arnoglossæ ſiccæ, ana drach. v. olei roſati unc. v. ceræ albæ unc. ij. terebinthinæ unc. ij. miſce, & fiat unguentũ in bona forma. Si autem fuerit ſaniei qualitas acuta & corrodens per accidẽs abſcindatur cura, quæ eſt cura cauſæ, utputa, ſi fuerit in cauſa figura ulcerũ fiſtularis, ad quam ſequitur indebita trãſpiratio ſaniei, quæ diutius in loco detẽta, adepta eſt nitroſitatẽ & acuitatẽ, tũc cureatur curatiõe data cap. ij. partis huius noſtræ practicæ. Et hæc de cura qualitatis ſaniei acutæ & corrodẽtis, tã per ſe q̃ per accidẽs dicta ſint. Nũc uero ad curationẽ eorũ quæ immediate cõtrariantur cauſis ad cõſolidationem facientibus dicendum eſſe uidetur.

De cura ſanguinis peccantis. Caput VI.

SAnguis autem peccans dicitur, ut ſuprà habitum eſt, aut quia peccans in quanto, aut in quali: & ſi in quãto, aut quia ſuperfluus, aut quia diminutus: & ſi in quali, aut quia peccans in complexione, uidelicet calida, frigida, humida ſiue ſicca, ſimplici uel compoſita, cum materia uel ſine materia. Si igitur ſanguis peccans fuerit in quanto quia ſuperfluus, cura perficiatur diæta tenui, phlebotomia ſanguinis minoratiua, & extractione ſanguinis peccantis in quanto ab ulcere & eius circuitu ſanguiſugis, ſcarificatione, & ſimilibus. Si ſanguis peccans fuerit in quanto quia diminutus, curatio compleatur diæta lata & groſſa, boni & multi chymi generatiua, trahaturq; nutrimentum ad locum ulceratum frictionibus, fomentationibus maluæ, biſmaluæ, uiolarum, donec membrum inſletur & rubeſcat: piceis emplaſtris, quorum forma una erit hæc: R. picis naualis, picis græcæ, reſinæ pini, ana partes æquales, diſſoluantur in cazola ad ignem, deinde per ſtamen in aqua frigida colentur, & manibus iniunctis oleo emplaſtrum malaxetur, & uſui reſeruetur. Si ſanguis peccans fuerit in quali, quia in complexione calida materiali, euacuetur materia calida: ſi fuerit ſubtilis, cum rheubarbaro, myrobalanis, prunis tamarindis, pupa caßiæ, aqua pomorum granatorum, manna, & ſi neceſſe

fuerit

fuerit cum electuarijs de ſucco roſ. de pſyllio Meſue, de prunis, de ſebeſten. Si autem fuerit groſſa per aduſtionem, cum electuario lenitiuo diacathol. confectione Hamech, diaſena, caßia uigorata cum ſena, pilulis Indis, pilulis de fumoterræ, aqua lactis, ſena, & ſimilibus: hoc ſemper attendendo, quod ante euacuationem materia calida ſubtilis digeratur cum ſyrupo roſato, de endiuia, acetoſo ſimplici, oxyſacchara, nenupharino, uiolato, cũ aquis endiuiæ, uiolarum, acetoſæ, ordei, hepaticæ, plantaginis, cucurbitæ, portulacæ, nenupharis, ſolatri, & ſimilium. Materia autem groſſa per aduſtionem cum ſyrupo de pomis, de bugloſſa, de lupulis, iuleb uiolato, & alijs talibus. Notando tamen quod ſemper uitæ regimen in cibo & potu, & alijs rebus non naturalibus, ſit proportionatum peccato in his & in alijs. Et ſi fortè in his affuerit febris, tanto magis prædicta augeantur in gradu frigiditatis, aut minuãtur, quanto febris fuerit ualidior, aut remißior. At ſi peccans fuerit in complexione calida ſimplici uel compoſita ſine materia, tunc alterantia ſola præfata ſine euacuatione ſibi conueniunt. Cæterum ſi peccatum fuerit in mala complexione frigida materiali, tunc materia ipſa euacuetur. Si fuerit phlegmatica, cum aloë, agarico, polypodio, turbit, electuario de dactylis, electuario Indo, pilulis aggregatiuis, pilulis de agarico, pilulis cochijs, diaturbit, benedicta: præparata prius materia cum ſyrupo de byſantijs completo, ieleniabin, oxymelle ſimplici & compoſito, ſyrupo acetoſo compoſito, diarhodon & alijs, cum aquis fœniculi, boraginis, apij, melißæ, maioranæ, mẽthæ, abſinthij, aqua mellis, & ſimilibus: quæ quidem alterantia & ſimilia conferunt etiam in mala complexione frigida ſine materia, exceptis euacuatiuis. Si peccãs autem fuerit in complexione humida materiali, curetur cura prædicta immediate: & ſi peccans fuerit in complexione humida ſine materia, ſola digerentia conueniunt, euacuatione excepta. At ſi peccans fuerit in complexione ſicca materiali, cura erit per euacuationem materiæ melancholicæ nõ aduſtæ, cum rectificatione membrorũ illam generãtium. Et ſi immaterialis fuerit, cura eſt cũ calidis &

humidis. Et hæc pauca de cura ſanguinis peccantis dicta ſint: nūc ad curam malæ complexionis partis ulceratæ tranſeundum eſt.

De cura malæ complexionis partis ulceratæ. Caput VII.

PRo cura igitur malæ complexionis partis ulceratæ dicatur, quod ſi in parte ulcerata peccauerit mala complexio calida, ſiue materialis, ſiue immaterialis fuerit, localibus curetur, unguento uidelicet de ceruſſa, albo unguento de tuthia, unguento de plumbo, aqua roſata, ſucco plantaginis, ſucco ſolani, ſucco de ſemperuiua. Si mala complexio frigida, unguento baſilicone, unguento citrino uſuali, unguento de dialthea compoſitione patris mei, unguento fuſco, lotione uini boni tepidi, aqua cineris, aqua aluminis. Si mala complexio humida, curetur exiccatiuis iam dictis, & alijs uigoratis in ſiccitate, ſecundum quod locus ulceratus magis & minus abundat humiditatibus, & ſimiliter ſecundum diuerſitatem corporum & membrorum, in quibus exiſtunt ulcera, ſicuti unguento uiridi herbarum, unguēto gratia dei, unguento de diapalma, unguento de dialthæa compoſitione noſtra, ſeu cum hoc, quod ſumme ualet in omni membrorum complexione: R. olibani, maſtiches, aloës, ana ʒ.ij. picis græcæ ℥.i.s. ariſtolochiæ longæ combuſtæ ʒ.i.s. olei roſati ℥.iij. terebinthinæ, ceræ, ana ℥.ij. fiat unguentum. Aliud: R. olibani, maſtiches, aloës, ſarcocollæ, ſanguinis draconis, boli armeni, pulueris molendini, omnia puluerizentur ſubtiliter, & per pannum ſubtiliter cribra, & cum terebinthina miſce, donec ad ſubſtantiam denſam deueniant. Aliud: R. unguenti apoſtolorum ℥.i. uiridis æris ʒ.i. miſce. Si autem peccauerit mala complexio ſicca, id eſt parum humida, curetur unguento baſilicone, unguento de pice, unguento fuſco, unguento diaquilone nigro diſſoluto in cazola, id eſt, cochleari ferreo, cui addatur pro qualibet ℥. diaquilonis ʒ.i. pulueris roſarum. Seu cum hoc: R. maſticis, olibani, picis græcæ, boli armeni, ana ʒ.i. ſepi arietini ℥.ij. ceræ ℥.s. olei roſati ℥.ij. miſce. Et alijs leuibus exiccatiuis, præmiſſis ſemper materierum peccantium euacuatione,

euatione, ſi fuerit cum materia, & defluentiũ diuerſione, & ſimiliter conſtrictione uiarum, & ductuũ, per quæ tales materiæ poſſunt deferri, & deſlui ad locum ulceratũ, ſiue à toto corpore plenitudinem habente defluant, ſiue ab aliquo membro nobili & forti, plenitudinem habente. Pro notitia ſuperiorum aduerte, quod in omni parte ulcerata propter ipſius debilitatẽ aggregatur humiditas ſuperflua, non ſolum per uiam paulatinæ congeſtionis, imò & aliquando per uiam defluxus, ſiue à toto corpore defluat, ſiue ab aliquo membro nobili & forti plenitudinem habente, quæ humiditas in loco aggregata, uirtutis loci debilitate putreſit, et in ſaniem conuertitur. Et ſi talis humiditas multa, & male qualitatis extiterit, reddit ulcus ſemper cõpoſitum cum alia ægritudine, puta corroſione, ſiue putrefactione, oſtracoſitate, ſeu alia diſpoſitione, cõſolidationem ulceris prohibente. Aduerte ſecundo, quod in omni membro ulcerato, & maxime ubi quæritur carnis generatio & incarnatio, debemus adminiſtrare medicinas ſecundum duplicem reſpectum, primo quidem habendo reſpectum ad complexionem corporis, & membri in quo exiſtit ulcus, ut complexionem ipſius naturalem à parte ſuæ ſimilitudinis conſeruent. Si enim in curatione morbi, complexio naturalis membri & corporis non conſeruaretur, morbus non poſſet deſtrui, cum cõplexio naturalis membri ſit inſtrumentum proprium, quo mediãte natura membri utitur ad conuerſionem nutrimenti in membrorum ſubſtantiam, & rei ſuperfluæ & nociuæ expulſionem. Secundo, habendo reſpectum ad morbum, ut ipſum à parte ſuæ contrarietatis deſtruant. Poſitis his pro cura eorum, quæ contrariantur cauſis ad conſolidationem facientibus, nunc de cura eorum que ulceri contrariantur, prout ſunt ei accidentia, dicendum eſt.

De cura doloris. Caput VIII.

CVm doloris cura diſtinguatur penes ipſius doloris intẽſum & remiſſum, necnõ penes diuerſitatẽ ſuæ efficiẽtis cauſæ, idcirco nõ abſq; rõne ꝓ nos dolor diſtinguetur in qetũ & clamoſum. Et clamoſus in eũ, cuius acumen inducias cõcedit, & in eum cuius

cuius acumen inducias non concedit, quorum dolorum cauſa in parte ulcerata communiter eſſe affirmatur mala complexio, aut ſolutio continui, ſeu utrunq; ſimul. Et cum ulcerata membra ſecundum quadruplicem poßint labi complexionem, ut in præhabitis dictum eſt: & cum cæteris etiam in efficiendo dolorem uehementiora ſint caliditas & frigiditas, quia tenuis impreſſuræ, ideo im præſentiarum tantum modo de dolore à mala complexione calida, & ſimiliter à mala complexione frigida contingente dicemus. Dicimus igitur, quod ſi doloris cauſa fuerit mala complexio calida, cuius tamen doloris acumen inducias concedit, præmiſſis uniuerſalibus, ualet unguentum de lithargyro, unguentum de ceruſſa album cum camphora, unguẽtum de minio, unguentum de tuthia, unguentum de plumbo, unguentum rubeum camphoratum, album oui conquaſſatum cum oleo roſato & lithargyro, & redacta ad formam linimenti in mortario plumbeo cum piſtillo ſuo, quod unguentum poſtea bulliat lento igne in libra una ſucci ſemperuiuæ uſq; ad ſucci conſumptionem. Valet præterea album oui cõquaſſatum cum oleo roſato, emplaſtrum de paruis maluis & plantagine coctis & piſtatis: cum cribratura furfuris & oleo roſato: bolus armenus cum terra ſigillata, oleo roſato & aceto, ſuccus ſolatri, ſeu ſemperuiuæ cum aceto. Item ualet aliud hoc in caſu: ℞. ceræ albæ ℥. iiij. olei roſati ℥. x. ſandalorum alborum & rubeorum, roſarum, myrrhæ, olibani, maſtiches, ana ʒ. camphoræ ʒ. ſ. terebinthinæ ℥. ij. ſ. fiat unguentum. Si uero doloris cauſa fuerit mala cõplexio frigida, ualet unguentum fuſcum, unguentum baſilicon, unguentum citrinum uſuale. Si autem doloris cauſa fuerit ſolutio continui, cuius doloris ſimiliter acumen inducias concedit, præmiſſis ſemper uniuerſalibus ualent ea quæ quemcunq; dolorem indifferenter ſedãt. Ea autem ſunt, quæ calorem membri naturalẽ multiplicant & confortant. Calor enim naturalis membri confortatus repugnat omni rei nocenti, uti uitellus oui: terebinthina & crocus, terebinthina cum oleo roſato, oleum abietis cum oleo roſato: hæc ad intra ulcus applicentur, cum etiam aliquali exic-

catione

cationc humiditatem medicinarum humectantium refringente participent. merito cuius etiam ulceri conueniunt. Ad extra uero oleum roſatum cum amygdalino, oleum de Kyro, butirum recens, pinguedo recẽs: pulli gallinæ, anatis, porci, & ſimiliũ, hyſſopus humida, oleum de oliuis maturis, fex olei, oleum roſarum, oleum uiolarum, oleum chamæmelinum, oleum uulpinum, mumia, oleum de ſiſamo, mucilago ſeminis lini, fœnugræci. Emplaſtrum ualens in caſu: R. foliorum maluarum manip. i. s. farinæ ſeminis lini, fœnugræci. ana unc. s. olei chamæmelini, liliorũ alborum; ana drach. vi. olei roſati unc. iij. mucilaginis althεæ unc. i. s. farinæ ordei q. ſ. cum duobus uitellis ouorum fiat emplaſtrum. Si uero doloris cauſa fuerit mala complexio, & ſolutio continui ſimul cuius doloris etiam acumen inducias concedit, ex iam dictis habita eſt curatio. Nunquid cura compoſitæ ægritudinis ſumitur ex curatione ſimplicium ægritudinum, ipſam inquam compoſitã componentiũ? Quare ſuppoſitis uniuerſalibus, ad intra ulcus applicentur ea, quæ ſunt uere & proprie doloris ſedatiua, exiccatiuis aliqualiter: & laudabilibus commixta: ab extra uero extraneæ complexionis remotiua. Si tamen doloris acumen inducias non concedit, loco dolenti & circundolenti narcotica applicẽtur, ut emplaſtrũ ſatis leue de contritis folijs papaueris albi, & urgente magis dolore applicetur emplaſtrum uidelicet de folijs mandragoræ, emplaſtrum de folijs iuſquiami cũ puluere chamæmeli. philoniũ etiã perſicum illinitũ, theriaca recens emplaſtrata. Ex oleis, oleum de mandragora, oleum de papauere, oleum de nenuphare. cum opio ſucco hyoſcyami, opium diſſolutum cum lacte ouillo, ſeu mulieris, & ſimilia. Et hæc de cura doloris dicta ſunt. Nunc de cura ſuperflui fluxus ſanguinis dicendum eſſe uidetur.

De cura ſuperflui fluxus ſanguinis. Caput IX.

PRo regimine curatiuo ſuperflui fluxus ſanguinis, cũ ſanguis non niſi à uenis effluat, in primis eſt ſciendum, quod diuerſitas in modo ſiſtendi ſanguinẽ, non ſolum ſumitur penes diuerſitatem cauſæ facientis talem fluxum, ut ſi fuerit corroſio, uel putrefactio

trefactio,ſeu ab extrinſeco eueniens ſolutio, uerumetiam ſecundum quod uena à qua ſanguis egreditur eſt profunda in membro, aut ſuperficialis occulta, aut manifeſta, magna, aut parua. His præmiſsis dicatur, quod ſanguinis fluxus curationis genere duabus intentionibus perficitur, uidelicet diuerſione, & reparatione loci, à quo ſanguis fluit. Diuerſio quidem fit aliquando per ſanguinis euacuationem ad oppoſitam partem, uti per phlebotomiam, uentoſas ſcarificatas, ſanguiſugas, quæ tamen modificari debent ſecundum uirtutis & ætatis tenorem: aliquando cum præfatis abſque euacuatione, & cum ligaturis, uentoſa ſuper hepate & ſplene, quæ mirabilis eſt. Loci autem reparatio à quo ſanguis fluit, ſic completur: ut ſi fuerit in cauſa corroſio ſiue putrefactio, tunc locus à quo ſanguis fluit, cauterizetur cum ferro ignito, ſiue medicina cauterizante. & eſcharam inducente: ut cum hoc: R. unguenti populei drach. ij. uitrioli uſti drach. i. argenti ſublimati drac. i. s. miſce, & locus à quo ſanguis fluit tantummodo repleatur. Siue cum hoc alio: R. argenti ſublimati, lapidis hematitis, uitrioli rom. lithargyri, ana, & fiat puluis, & cũ albumine oui & puluere iſto licinia liniantur, & loco applicetur. Exiccatione autem cauterij fit rectificatio corroſionis, & putrefactionis, & exiccatione & corrugatione partis à qua ſanguis egreditur facta per cauterium, fit ſanguinis fluxus reſtrictio, quare nil cauterio præſtantius in cura fluxus ſanguinis euenientis à corroſione ſiue putrefactione. Si autẽ uena fuerit parua, manifeſta, & ſuperficialis, tunc cum acu & ſerico perforetur ſub & ſupra uenam, & ligetur uena, dummodo apoſtema ſiue dolor non contradicat, quoniam ſtante dolore ſeu apoſtemate, talis ligatio prohibẽda eſt: & in medio inciſionis ponatur medicamen habens has proprietates, uidelicet quod ſit cõgelans, ut ſanguinis fluentis fiat ingroſſatio: necnon inuiſcans, ut fiat ſanguinis ſuper caput uenæ cõglutinatio: & exiccans, ut fiat ſuperfluitatum defluxarum & congeſtarum conſumptio, & conſequenter ſolutæ continuitatis incarnatio, qua mediante fit uera & propria ſanguinis fluxus reſtrictio:

ſtrictio : cuius medicaminis deſcriptio talis eſt: R. thuris albiſſi-mi, uiſcoſi, aloës, ſanguinis draconis, boli armeni, ana partes æqua-les, puluerizentur ſubtiliter, & cum albo oui miſceantur, & ſtuel-li ſiue licinia in eo medicamine tingantur, & in inciſione ponan-tur, in circuituq; ulceris & ſupra ſtuellos ponantur ſtuppæ plu-res in aqua roſata, ſeu communi, & aceto madefactæ, & aliqua-liter expreſſæ, & cum ligatura ſatis comprimente ligentur, dimittaturq; ulcus à quo ſanguis egreditur cum illa ligatura uſq; ad tres uel quatuor dies, quoniam ante illud tempus non putatur quod natura fecerit tantum de carne quod ſit ſufficiens ad oppi-landum uenam. Si uero uena fuerit magna, reparetur locus per impletionem corporis uenarum, cum ſtuellis linitis in ſupradi-cto medicamine, ſiue alijs infrà dicendis. Et ſi uena fuerit profun-da, immanifeſta, magna aut parua, ſiue alterius diuerſitatis diuer-ſificantis curationem fluxus ſanguinis, reparetur locus ille modo iſto ſatis communi huic, & alijs etiam diuerſitatibus in fluxu ſan-guinis contingentibus uidelicet ponendo digitum ſuper orificium uenæ, dummodo talis impoſitio ſit poſſibilis, & aliquantulũ tenen-do donec ſanguis aliquo modo congeletur, deinde ponantur ſtuelli plures liniti in albumine oui agitato cum aliquibus ex medicinis di-cendis, iam dictas proprietates habentibus, & cum ligatura, de-center comprimente, ligentur. Medicinæ ſimplices in compoſitio-ne medicinarum, pro reſtrictione fluxus ſanguinis facientium con-numerãtur hæ, uidelicet tela aranei, terra ſigillata, cortex thuris, pentaphyllon, plumæ gallinæ combuſtæ, bolus armenus, cinis ra-ſuræ chartarum cõbuſtarũ, coriandrũ torrefactũ, cauda equina cornuum raſura, cinis lignorum ſtipticorum, corrigiola, omnia oſſa cõbuſta, puluis rheubarbari torrefacti, pilus leporis cõbuſtus, ſanguis draconis, ſpongia combuſta & puluerizata, uirga paſto-ris, ſanguinaria, fuligo furni, Karabe, acacia, folia ſalicis: galla cõ-buſta extincta in aceto, lapis hematites, cõſolida maior, raſura pã-ni uetuſtiſſimi, lanugo adhærens corticibus caſtanearum à parte intrinſeca, thus gummoſum, aloë, gypſum: farina uolatillis molen-

dini,

dini,amylum,uiſcus,gummi arabicum,dragagantum,raſura corrigiarum uel coriorum à parte intrinſeca,omnes ſpecies gummi. Ex medicinis cōpoſitis fluxum ſanguinis cohibentibus,prima forma erit hæc: R.pilorum leporis torrefactorum ℈.s.boli armeni ℥.i.s.ſanguinis draconis,terræ ſigillatæ,ana ʒ.i.thuris gummoſi ʒ.ij.miſce,& fiat puluis. Secūda forma,gypſum cum albumine oui & mumia. Tertia forma: R.gallarum torrefactarum,boli armeni ʒ.s.olibani,aloës,maſtiches,ſanguinis draconis, pilorum leporis minutim inciſorum, ana ℈.i.miſce,& fiat puluis. Quarta forma compoſitorum: R. gypſi ℥.i.mumiæ,telæ aranei,caliginis furni, boli armeni,dragaganti,ana ʒ.i.miſce. Et hæc de cura accidentium conſolidationem ulcerum prohibentium ſic dicta ſufficiant. Nunc autem ad curationem accedamus eorum,quæ ægritudines denominantur.

De cura apoſtematis. Caput X.

DE apoſtemate,quod eſt ægritudo una ex tribus morborū generibus compoſita, uidelicet mala complexione,mala compoſitione,& ſolutione continui,incidentaliter præmittendū, quod cura eius diſtinguitur ſecūdum diuerſitatem temporis ipſius apoſtematis,ſecundum diuerſitatem materiæ apoſtematis,necnon ſecundum diuerſitatem locorum in quibus fiunt apoſtemata. Quare hoc præmiſſo,intendens hoc in loco pertractare tantummodo de cura apoſtematis ulceri,ex defluxu humorum contingentis,cū ſecundum plurimum,ad ipſum ulcus conſequatur apoſtema calidū ſanguineum,dicatur quod ſi tale apoſtema fuerit in principio ſuppoſita diæta, conuenienti diuerſione, & humorum peccantium minoratione,& non prætermiſſa cura ulceris,curetur ſuperponendo emplaſtrum ex grano dulci,integro,decocto cum uino pontico,cum cortice ſuo: ſeu emplaſtrū de malæ citoneis,& piris decoctis in aqua,& uino rubeo,& poſtea in mortario contritis,& incorporatis cum puluere myrti: ſiue emplaſtrum de lentibus decoctis,& roſis cōtuſis & incorporatis cum terebinthina & puluere corticum granatorum. Si autem apoſtema fuerit in augmento,cu

to, curetur emplaſtris prædictis, quibus adiungatur farina fabarum, ordei, tritici, & chamæmeli. Exiſtente autem tali apoſtemate in ſtatu, curetur emplaſtro ex folijs abſinthij, & maluarum, decoctis in uino dulci, & piſtatis cũ ſapa, & cribratura furfuris. Et ſi apoſtema tendat in uiam exituræ, tunc maturatiuis appoſitis adiuuanda eſt ſaniatio: & de maturatiuis ꝓprie in iſto caſu eſt emplaſtrũ de folijs maluarũ decoctis ĩ aqua, & in mortario contritis cũ farina ſem. lini, fœnugræci, & axungia porci recẽtis, & ſimiliter emplaſtrũ ex farina tritici, aqua, oleo, & croco: & facta ſanie perforatione ſaniati loci extrahatur: ſeu ſi ad orificiũ ulceris talis ſanies declinare uideatur, tunc tentis ſeu expreſſione aut ligaturis ad eum deducatur. Si autem apoſtema ulceri ſuperueniẽs eſſet aliud à phlegmone, tunc quæratur cura poſita tractatu noſtro de apòſtematibus. Et hæc ſatis pro nunc dicta ſint de cura apoſtematis ulceri ex defluxu humorum contingentis.

De cura oſtracatæ carnis, ſeu calloſæ & duræ. Caput XI.

P*Oſita cura apoſtematis, de cura oſtracatæ carnis agendum eſt. Curatio autem eius diſtinguitur ſecundũ intenſum & remiſſum duriciei talis carnis: nã carnis oſtracatæ alia eſt duriciei intenſæ, alia remiſſæ. Ea igitur quæ remiſſa eſt medicinis lenientibus, in quibus ſit reſolutio aliqualis, curari & rectificari poteſt. Ceterũ carnis duriciei intenſæ cura perficitur altero iſtorũ modorũ, uidelicet inciſione cum nouacula, aut cauterio: & ſi cauterio, aut cauterio actuali, aut potentiali, cõſiderata primo anatomia loci, quia ubi eſſet timor de diſruptione alicuius uenæ, ſeu arteriæ, & cõſimiliter de effuſione ſanguinis, eligenda potius eſſet carnis oſtracatæ remotio per cauterium potẽtiale, quam per inciſionẽ cum nouacula, aut cauterio actuali: nam per cauteriũ potẽtiale fit remotio carnis oſtracatæ, & prohibitio effuſionis ſanguinis, ſi diſruptio uenæ ſeu arteriæ fieri contingat: & quonã modo cõſidera. Præterea ſi talis caro oſtracata ſecundum totã eius ſubſtantiam nõ fuiſſet abſciſa, applicatione inciſionis ſiue cauterij*

actualis, tunc maior fiet ab ægris abominatio reiterationis cauterij actualis, & inciſionis cū nouacula, quàm potentialis: quare magis dilectū apud me eſt cauterium potētiale quàm inciſio, & quàm cauteriū actuale. Medicamen per me pluries expertum, quod pro *efficaſsiſsimo habui à patre meo:* R. *lithargyri, lapidis hematitis, uitrioli romani, ana* ʒ. *ij. argenti ſublimati* ʒ. *ij. s. miſce.* Et pro pleniori *notitia medicaminū in caſu ualentium, recurras ad ea quæ ſcribuntur in de amputāda carne ſuperflua eximiæ ſiue miræ quātitatis.* Carnis uero *duriciei remiſſæ curatio compleatur inferius dicendis: incipiēdo primo à ſimplicibus, deinde gradatim procedēdo ad cōpoſita.* Ex *ſimplicibus, & primo ex oleis oleum liliorū alborum, oleum amygdalarū dulcium, oleum de lumbricis, oleum uulpinum, oleum de granis ſeſami, fex olei, œſipus humida ex mucilaginibus, mucilago altheæ, ſeminis lini, fœnugræci.* Ex *pinguedinibus & unctuoſis, pinguedo gallinæ, anſeris, uituli, bouis, cerui, & propriè medullæ eorum, & adeps hirci & aſini, & rapacium, ſcilicet leonis, urſi, leopardi, lupi, uulpis, & rapacium ex auibus, ſcilicet aquilæ, uulturis, & ſimilium: & meliora earū ſunt, quæ ſunt minoris antiquitatis, & exiccationis, & uehementioris humiditatis.* Ex *cōpoſitis præparatis, unguentū baſilicon, unguentum diaquilon album cum gummis, & ſine gummis, unguētum de medulla cruris uituli, unguentum mollitiuum, unguētum de mucilaginibus, hyſſopi cerotum, emplaſtrum bonum pro remittenda duritie carnis oſtracatæ duritiei remiſſæ, de farinis ſeminis lini, fœnugræci, cæpis, lilij, pīguedine gallinæ, porci, ſine ſale hyſſopo humida, oleo lilij, chamæmeli, & medulla uituli.* Aliud: R. *medullæ cruris uaccini, olei roſati, omphacini, ceræ parum miſce.* Aliud: R. *medullæ cruris uituli, mucilaginis, ſeminis citoniorum, dragagāti, olei amygdalarum dulcium, cum cera & modico terebinthinæ fiat unguentum.* Aliud: R. *œſipi humidæ, adipis anatis, gallinæ, cerui, mellis, ana, ceræ q. ſ.* Aliud. R. *caput unum caſtrati ſemicontritum, & in uino dulci decoquatur uſq; ad carnis diſſolutionem, & quod ſupernatauerit collige, & uſui reſerua.* Aliud: R. *medullam cruris equi*

equi bullitam in uino albo dulci,ut ſuprà de capite caſtrati,collige & reſerua. Aliud: R. unguenti de ceruſſa,medullæ cruris uaccæ, adipis anatis,gallinæ,ana.

De cura carnis mollis. Caput XII.

POſtquam de curatioue oſtracatæ carnis eloquuti fuimus, nunc de cura carnis mollis dicendum erit. Dicimus igitur, quod cum mollities carnis conſequatur ad malam membri ulcerati complexionem,ſeu ſanguinis delegati malitiam,aut ulceris inſufficientem mundificationẽ,quod pro eius curatione,ſi fuerit in cauſa mala complexio,corrigatur medicinis deſcriptis capite ſeptimo huius partis noſtræ practicæ. Si delegati ſanguinis malitia,caſtigetur aſſignatis cap. vi. Si ulceris inſufficiens mundificatio,mũdificetur antidotis quæ humiditatem extraneam,ad quam mollitio carnis conſequitur,exiccant & conſumunt, poſitis capite tertio & quarto, & tertiodecimo, in de amputanda carne ſuperflua quantitatis paucæ,huic artificioſe ſuppoſito:nam ad carnis mollitiem,niſi prohibeatur,carnis ſuperadditio conſequitur.

De cura carnis ſuperadditæ atq; ſuperfluę. Cap. XIII.

SIcuti carnis creatio,& ulceris conſolidatio actione naturæ fiunt,ita & per oppoſitũ amputatio,& carnis ſuperfluæ diminutio,de qua ad præſens agit ſermo noſter,nõ fit actiõe naturæ,ſed medicinarũ applicatarũ qualitate. Et ideo cũ medicinæ tales ſint diuerſorũ modorũ,quia quædam debiles,quædã fortes, quædã magis fortes,ne ex earũ applicatione cõtingat error,prætermittendũ erit,quod diuerſitas in applicanda medicina carnis diminutiua, ſumitur penes diuerſitatem quantitatis diminuendæ carnis, necnon pencs diuerſitatem nobilitatis, ſeu ſenſilitatis membri ſuper quod cadit generatio carnis amputandæ,ut in dura matre,& ſimilibus. Hoc præmiſſo,ſi caro amputãda ſiue diminuenda fuerit quantitatis paucæ,diminuatur medicinis his ſatis debilibus,uidelicet alumine rochino uſto,permixto cum bolo aut ſine bolo,alumine zuccharino,& hermodactylis,ſimul cum tartaro,nucleis dactylorum uſtis,cinere conchylium combuſtorum,

cinere quercus, cinere ficus, borace, nuce, candida ſale & melle, aqua aluminoſa cum ſale, aqua ardenti ſola, aqua ardenti cum ſulfure & ſale, ſemine urticę, ſerpentaria, unguento apoſtolorum. Si uero caro amputanda fuerit quantitatis notabilis, amputetur medicinis ſatis fortibus, uidelicet radice uel cinere uitis albæ, radice aſphodelorum uitriolo romano, uiridi æris, unguento apoſtolorũ fortificato cum uiridi æris, unguento ægyptiaco, unguentis uiridibus uigoratis cum ſale gemma, aqua roſata cum uiridi æris, aqua ardenti cum uiridi æris. ut: R. aquæ ardentis ℥.ij. uiridis æris ʒ.ij. miſce. Aqua mirabilis in remotione carnis ſuperfluę quãtitatis notabilis: R. argenti ſublimati ʒ.ij. aluminis rochini ʒ.v. aquæ roſ. ſiue plantaginis ℥.vi. miſce, & bulliant ad conſumptionem quartæ partis. Si autem caro amputanda fuerit eximiæ ſiue miræ quantitatis, amputetur medicinis prædictis fortioribus, uidelicet trochiſcis calidiconis, trochiſcis ex alKali, & calce non extincta, permixta cum aqua in forma luti, & redacta ad formam trochiſcorum, puluere ex alumine zuccarino, thure, & arſenico, & calce uiua, puluere ex calce uiua & melle ſimul malaxatis in modum paſtæ, & redactis ad formã magdaleonis, qui in paſta tritici reuoluatur, & in furno decoquatur aqua, per quam fit ſeparatio auri ab argẽto, oleo de uitriolo, aqua roſata in qua argentum fuerit ſublimatũ diſſolutum; unguento ex argento ſublimato drach. ij. s. unguento populeo drach. i. puluere ex lithargyro, lapide hematitis, uitriolo romano, argẽto ſublimato partibus æqualibus. Expertum per me pluries: R. aquæ roſatæ, ſucci limonum, ana ℥.ij. argenti ſublimati, ʒ.iij. ceruſſæ ʒ.ij.s. miſce, & bulliant ad conſumptionẽ quartæ partis. Aliud expertũ: R. ſalis nitri, uitrioli romani, aluminis, ana ʒ.s. argenti ſublimati ʒ.s. aquæ plantaginis ℥.vi. aceti acris ℥.ij. miſce, & bulliant modo præſcripto. Item ſciendum, quod loco medicinarum hoc tertio in loco deſcriptarum, ab aliquibus laudatur carnis ſuperfluæ amputatio per cauterium actuale, à nonnullis per inciſionem, ab alijs per compoſitionem iſtorum duorum modorum ad inuicem; uidelicet cauterij actualis & inciſionis, in hunc modum,

ſumptis

ſumptis forficibus bene & notabiliter incidentibus, & in ignem poſitis uſque ad rubrificationem earum, ſic per illos, eo inſtrumẽto taliter præparato, caro amputanda amputatur, poſitis nonnullis cauſticis, quibus caro ſuperaddita remoueri habeat. At pro eorum applicatione erudita, dicimus quod in remotione carnis ſuperflue utendum eſt potius medicinis à mordicatione denudatis, quàm quibuſcunq; alijs, niſi neceſsitate ductus, in qua neceſſitate adhuc meliores erunt & laudabiliores illæ, quæ erunt minoris mordicationis. Præterea notandum etiam, quod cum remotiua carnis ſuperflue mordicantia applicantur, linitio facta circumcirca membrum in parte ſana cum unguento defenſiuo communi ſolo, ſeu unguento populeo ſecum admixto, aut ſuccis frigidis, ut plantaginis, ſolatri, ſemperuiuæ, & his ſimilibus, multũ iuuatiua eſt. Ex dictis iam clare demonſtratum eſt, quis ſit modus carnis ſuperflue curatiuus. Nunc autem ad curam ſerpiginis ſiue pruriginis accedamus.

De cura ſerpiginis ſeu pruriginis, in circuitu ulceris contingentis. Caput XIIII.

CVm non raró contingat partes ulcerum circumadiacentes ſuperficialiter ulcerari multis & paruis ulceribus, ſitusq; inordinati, cum earum partium punctione & arſura, ex quibus ulceris conſolidatio difficultatem conſequitur, ideo priuſquam modus curatiuus prænominatæ diſpoſitionis explicetur, duo erunt præmittẽda: & primum, quod talis diſpoſitionis cauſa poteſt eſſe intrinſeca, aut extrinſeca. Intrinſeca ſecundum plurimum, ſanies ab ulcere reſudãs acuta, mordicatiua, cuius ſaniei materia dicitur cholera aduſta, ſeu phlegma ſubtile choleræ aduſtæ admixtum, locum ulceratum & partes adiacentes inundans, & eas contingendo ſui acuitate ſuperficialiter ulcerans. Extrinſeca uero cauſa, uti calefacientium appropinquatio magis, quàm diſpoſitio ulceroſa & membri natura requirant, humores in loco contentos diſſoluẽtium & acuentium, necnon antecedentem materiam ad locum attrabentium. Secundo præmittẽdum, quod poſita hac diſpoſitione duo adinuicem coniunguntur, quorum quodlibet neceſſarió trahit

ad ſe curam, uidelicet mala complexio calida, & ſuperficialis ulceratio. Diſpoſitioni igitur huic ſuccurrendum diæta, cauendo a ſalſis, & ab acutis, & potione materiam peccantem euacuante, & hoc maxime ſi cauſa fuerit intrinſeca. Item ſuccurrendum in recēti ſerpigine localibis alterantibus malam complexionem calidam, & exiccantibus ſaniem ſubtilem ab ulcere ſuperficiali reſudantē, & ſecundum quod trahit ad ſe curam magis una paſſio iam dictarū quàm altera, ſic compoſitum antidotum in exiccatione prædominetur, ſeu in alteratione malæ complexionis calidæ, ſecūdū prædominium unius iſtarum diſpoſitionum ſuper alteram. Et quia accommodata ſiccitas ad curationem ulcerum non ſemper requiſita ſtat cum frigido, quare nimirum calida cum frigidis in aliquibus dicendis admiſcemus, imò in tali diſpoſitione conſequitur multotiens ex applicatione pure infrigidantium, humoris conſtipatio, ſuæq; malæ caliditatis concentratio, quæ poſtea eſt cauſa deterioris malignitatis ipſius morbi: de quorum alteratiuorum & exiccantium in recenti ſerpigine eſt linimentum ex lithargyro, ceruſſa lota, oleo roſato cum aceto forti, confectum in mortario plumbeo cum piſtillo ſuo. Item unguentum album cum aceto acri. Item aliud: R. *radicum lapathi, chelidoniæ recētum, ana unc. i. aluminis uſti, ſalis communis, ana drach. ij. s. cum axungia porci rancida & ſalita, & ſucco plantaginis, fiat linimentum in mortario contritis conterendis. Certa autem experientia ſcio etiam iſta in caſu ualere, quorū aliqua iuuatiua ſunt ſui exiccatione, alia exiccatione & ſtipticitate ſimul, uidelicet oleum de tartaro, oleum de frumento, oleum de uitellis ouorum, aqua maris, decoctio acetoſæ, aqua fabrorum in qua ferrum extinguitur, aqua exiſtens ſub rota fabrorum ubi acuuntur ferramenta, ſiue inſtrumenta. Vnguentum bonum per me quotidiana experientia comprobatum, quo patiens uolis ſuis ambarum manuum locum ſerpiginoſum, ſiue pruriginoſum inungat, & taliter fricetur, donec unguentum ingrediatur, & imbibatur in membrorum ſubſtantiam: & quonam modo tale unguentum taliter adminiſtratum ſit ſerpiginis curatiuum; conſidera:*

R. *axun*

R. axungiæ ueteris unc. iij. tartari, thuris, ana unc. s. argenti uiui extincti cum ſaliua, unc. ij. ſucci abſinthij q. ſ. miſce, & fiat unguentum in mortario abſq; igne. Item aliud: R. axungiæ porci ℥. iiij. aceti acris ℥. ij. argenti uiui ℥. ij. s. diſſoluatur axungia ad ignem, & bulliat aliquantulum cum aceto, & per pānum coletur, & in mortario diu aceto conteratur, & incorporetur: deinde adde ultimo argentum uiuum cum ſaliua extinctū, & modo præfato locus ſerpiginoſus etiam inungatur. Item aliud: R. ſepi caſtrati, medullæ bouis, ana ℥. ij. ſucci ſaluiæ ℥. i. s. argenti uiui ℥. ij. thuris ℥. vi. miſce, et fiat emplaſtrum abſq; igne, mortificato prius argento uiuo cum aceto acri. Conuenit etiam in inueterata ſerpigine pro eius cura, præhabitis uniuerſalibus, euacuatio materiæ contētæ in loco per ſcarificationem, uentoſas ſcarificatas, ſanguiſugas, & per ſimilia: & dum neceſſe fuerit, conuenit etiam apertio uenæ reſpicientis locum tali ſerpigine infectum, ut ſi in coxis fuerit, ſaphenæ, ſi in brachijs, ſaluatellæ: & ſic de alijs corporis partibus: deinde ad localia iā dicta deuenire. Et hæc de cura ſerpiginis ſiue pruriginis in circuitu ulceris euenientis dixiſſe ſufficiant. Quis autem ſit uerus modus corroſionis curatiuus, ex ſequenti capite quiſq; ſufficienter intelligere poterit.

De cura corroſionis. Caput XV.

Corroſio, quæ eſt diſpoſitio in qua humiditas terminans inter partes membri reſoluitur, ita quod partes membri remanent diſcontinuatæ, abſque hoc quod humiditas quæ remanet in membro ſit corrupta, cuius cauſa fortè dicitur cholera aduſta, quæ propter ſui acuitatem & aduſtionem fraudulentiam adipiſcitur, ſeptem his inſtrumentis curetur: quorum primum erit prohibitiuum, ne materia faciens corroſionem multiplicetur: ſecundum erit minoratiuum materierum corroſionis antecedentium: tertiū erit diuerſiuum materierum corroſionis defluentiū: quartum erit eductiuum ab ulcere & à partibus ulceri proximis materiæ corrodentis: quintum erit remotiuum carnis corroſæ, in qua fortè etiam malitia corroſionis fundatur: ſextum erit alte-

ratiuum malæ complexionis calidæ derelictæ, partim ab humore corrodente, partim à medicina cauſtica, qua mediante facta fuit remotio carnis corroſæ: ſeptimum erit exiccatiuum ſuperfluitatum in loco exiſtentium. Primum itaq; inſtrumentum perficiatur debito regimine in ſex rebus non naturalibus, uergente ad frigidum & humidum. Secundum inſtrumentum ſubminiſtretur euacuatione facta per ſeceſſum, educente choleram aduſtam: pro quo recurras ad caput de cura ſanguinis peccantis in complexione calida nimis ſuperflua. Tertium inſtrumentum compleatur phlebotomia partis oppoſitæ, eductione omni die ſuperfluitatum primæ digeſtionis cum clyſteri, uel ſuppoſitorio, ſi ſponte non educerentur. Et omni alio modo diuerſionis, ex uentoſis, frictionibus, refrigeratione partis ſuperioris, cum ſuperappoſitione medicinarum frigidarum ſtypticarum, uti ſolani, plantaginis, materiam fluentem ingroſſantium, & uias & ductus per quæ fluit materia conſtringentium, necnon & membrum confortantium, ut à ſe materiam depellat, & non recipiat. Quartum ſimiliter inſtrumentum perficitur educendo materiam cum ſcarificatione ulceris, & partis circumadiacentis, ſeu applicatione ſanguiſugarum ſuper membro. Quintum inſtrumentum perficiatur cauterio actuali cum ferro ignito, ſiue potentiali, cum hoc: R. argenti ſublimati drac. ij. s. unguenti populei, uel dialthææ (quod multum acuitatem ſublimati refringit) drach. i. miſce. Sextum inſtrumentum unguento de minio, unguento de ceruſſa albo, unguento de ſucco ſolatri, unguento de tuthia, unguento rubeo camphorato, & ſimilibus. Septimum uero & ultimum inſtrumentum compleatur unguentis prædictis, ſiue cum hoc, & melius: R. unguenti de tuthia, unguenti de calce, ana unc. i. miſce. Seu cum hoc: R. aluminis, fecis aceti, pulueris gallarum, ana partes æquales. Valet præterea ſua exiccatione, repercuſſione, & membri confortatione, aqua plãtaginis, ſiue uinum mellitum, decoctionis aluminis. Poſita cura corroſionis, de cura putrefactionis dicendum eſt.

De cura putrefactionis Caput XVI.

Quum

QVum putrefactio in ulcere, quæ eſt corruptio ſubſtantiæ membri abſq; eius diſſolutione, conſequatur ad corruptionem complexionis membri, ſeu ad prohibitionem aduentus ſpiritus ad membrum, ideo antequam ad curationem putrefactionis accedamus, connumeranda erunt à quibus membri complexio corrũpitur, & ſimiliter à quib. fit prohibitio aduẽtus ſpiritus ad mẽbrum. Membri complexio corrumpitur in genere ab omni eo quod ſibi contrariatur, quia quod corrumpitur, corrumpitur à ſuo contrario in ſpecie, ſicuti à ſaniei ſubſtantia, ab humoris tranſmiſsi ad ulcus malignitate & uenenoſitate: ab intenſa ab extrinſeco, ſeu ab extrinſeco euenienti caliditate, frigiditate ſeu humiditate, à uenenorum morſu, ut canis rabidi, ſcorpionis, uiperæ, & ſimiliũ, à uenenatæ ſagittæ, ſiue rei alterius ueneno infectæ diſruptione, ſiue punctura. Prohibitio aduentus ſpiritus ad membrum utiq; in genere fit ab omni eo quod in uijs tranſitus, per quos deferuntur ſpiritus, oppilationem inducit, ſicuti in ſpecie à materia incuneata, & conſtricta, ſiue per cauſam primitiuam, ſiue antecedentem, ab immoderata frigiditate, à forti & exaſperata strictura, ſiue illaqueatione, à materiæ coniunctæ exceſsiua quantitate, ſeu multitudine, à materiæ coniunctæ groſsitie & uiſcoſitate. Aſsignatis cauſis tam in genere quàm in ſpecie putrefactionis in ulcere euenientis, tali quali modo dictum eſt, nunc autem dicendum conſequenter quod cura putrefactionis diſtinguitur ſecundũ quod ea putrefactio eſt de proximo futura, aut iam facta eſt: & quæ iam facta eſt, aut ſecundum quod eſt perambulans & procedens ad partes uicinas corrumpendo per uiam corruptionis complexionis membri, aut ſecundum quod non eſt perambulans nec procedens partes uicinas corrumpendo ſaltem pro tempore, ſed ſic in ſuo eſſe ſtans. Cura itaq; putrefactionis, quæ eſt de proximo futura perficiatur, ne talis putrefactio omnes gradus ad putrefactionem acquirat, ut ſi in cauſa fuerit ſaniei ſubſtantia perficiatur antidotis deſcriptis capite iij. & iiij. huius noſtræ partis practicæ. Si in cauſa fuerit ab intrinſeco ſeu ab extrinſeco eueniens ca-

liditas, cura compleatur ſucco ſolatri, ſucco plantaginis, albumine oui conquaſſato cum aqua roſ. Si frigiditas, decoctione chamæmeli, melitoti, & ſimilium. Si humiditas, aqua ciceris, aqua aluminis, emplaſtro ex farina ordei, orobi, fabarum, aqua cineris, aceto, & melle & alijs exiccatiuis fortioribus fortè. Si uero fuerit in cauſa humoris malignitas, & uenenoſitas, ſeu rei alterius extrinſecæ uenenatæ morſura, diſruptio, ſiue punctura, tunc talis malignitas & uenenoſitas eradicetur & conſumatur cauterio: ſeu ſcarificatione, appoſitione uentoſarum ſuper loco, ſuctione cum ore & alijs. Si materia incuneata & conſtricta, relaxetur ſcarificatione loci, & circumuicinæ partis. Si in cauſa fuerit fortis & exaſperata ligatura, diſſoluatur, & à tali deſiſtatur. Si materiæ cõiunctæ multitudo, minoretur ſcarificatione, ſeu ſanguiſugarum appoſitione. Si uero materiæ cõiunctæ uiſcoſitas & groſſities fuerit in cauſa, tunc ipſius fiat ſenſibilis diſſolutio ſcarificatione loci, & circumuicinæ partis. Cura uero putrefactionis quæ iam facta eſt, & nõ perãbulans nec procedẽs ad partes uicinas corrũpẽdo, ſaltem pro tẽpore, ſed ſic in ſuo eſſe ſtans, compleatur abſciſſione putrefacti cum nouacula, ſeu quouis alio modo corruptũ abſcindẽte, ſumpta indicatione de profunda & ſuperficiali abſciſſione, ſecundũ quod talis putrefactio magis & minus in membro profundatur. Cura autem putrefactionis, quæ eſt perambelans & procedens, in hũc modum adminiſtretur, inciſione corrupti iuxta ſanũ, accipiendo etiam de parte ſana, & conſequenter cauſticatione reſidui, cum igne: & melius: aut medicinis cauterizantibus, ut humidum extraneum in membri ſubſtantia fortè derelictum, quia non per inciſionem & amputationem totaliter remotum, aptum partes uicinas ſanas corrũpere & inficere, cõſumatur & exiccetur: ſeu cum his, quæ in illam humiditatem extraneam exiccando & cõſumendo cauterio proportionãtur, ſicuti uitriolo romano, calce uiua, ſeu unguento tali: R. uitrioli rubei ℥. x. aluminis ℥. iiij. calcis uiuæ ℥. v. pſidiæ ℥. v. thuris ℥. xi. gallarum ℥. i. s. ceræ ℥. xl. olei ℥. vi. pinguedinis uituli ℥. xl. incorporentur more unguenti. Idem ualet

hoc

hoc aliud: R. aquæ primæ unc. x. calcis uiuæ. argenti ſublimati, aluminis, ana unc. i. miſce, & bulliant ſimul ad ignem, donec ad ſubſtantiam denſam deueniat. Item etiam unguentum ægyptiacum, & ſimilia. Hæc itaq; de cura putrefactionis, & uniuerſaliter earum diſpoſitionum quæ in ulceribus ſuperueniunt, dicta ſint.

De cura corruptionis oſſium. Caput XVII.

CVm ad ulcera multotiens conſequatur oſſium corruptio, qua exiſtente ulcus in carne non poteſt ſanari, niſi prius oſsis corruptio eradicetur: ideo & rationabiliter data prius ulcerum cura, in calce huius noſtri libelli curationem corruptionis oſſium aggreſſus ſum, non diſtinguendo tamen putrefactionem à corroſione, cũ curatio, quæ perficitur poſtremo artis medicæ inſtrumento, pro ſui maiori parte penes hæc non diuerſificetur. Dico igitur quod corruptionis oßium curatio diſtin guitur ſecundũ quod talis corruptio eſt de proximo futura, aut iam facta eſt, & ſecundũ quod eſt in oſſe magis & minus profunda, aut magis & minus ſuperficialis, ſimiliter ſecundum diuerſitatem membrorum in quibus fundata ſunt oſſa, ut in capite, dorſo, coxendicibus: iuncturis & conſimilibus. Scita hac diuerſitate, dicendum ſecũdo, quod oßis corruptio quæ de proximo futura eſt: denotatur ex iſtorum præſentia, uidelicet apoſtematis naturæ inobediẽtis, doloris in loco, & cũ perſeuerantia infeſtantis, coloris oßis naturalis, coloris liuidi conditiones aſſumẽtis, carnis ulceratæ in corruptionẽ tendentis, ulceris ſub imperio annui ſe ſupponentis. Oßis corruptio quæ iam facta eſt denotatur, quoniam ſecundum plurimũ & quaſi ſemper facta eſt oßis denudatio à panniculo eum naturaliter cooperiente, quæ comprehenditur ex facili penetratione carnis, & panniculi uſq; ad ipſum os, tenta plumbea ſiue argentea mediante. Item caro quæ ſuper ipſum exiſtit os facta eſt mollis, necnõ ſanies ab ulcere emanãs eſt cũ fœtore, & facta prætenuis. Si igitur oßis corruptio fuerit futura de proximo curetur, ne omnes gradus ad corruptionem acquirat, & hoc remotione ſuæ cauſæ facientis talem corruptionem, circa quam fiat diligẽs conſidera

ſideratio. Si autem oſsis corruptio iam facta ſit & ſuperficialis exiſtat, eradicetur frictione ſeu ſcalptura ipſius oſsis corrupti, uſquequo peruenias ad ultimum corruptionis eius, cognita oſsis corrupti eradicatiōe dum eius ſit frictio quod ſanguis ex eo egreditur. Si uero corruptio profunda fuerit, abſcindatur ipſum os corruptum fricando ſeu ſcalpendo, & ſubſequenter cum cauterio actuali cauterizando, ut inde ſi quid humidi fuerit extranei, non iam ex toto per frictionem remoti, apti particulas uicinas adhuc inficere, exiccetur & conſumatur: & ſi oſsis corruptio profunda uſque ad ſui medullam comprehendatur, curetur ipſum os malleo & ſcalpello, ſeu alijs inſtrumentis conuenientibus, concauendo & remouendo cum ſui medulla. Si uero oſsis corruptio fuerit uniuerſalior, ita quod totum os ſit corruptum, ſerratura totius oſsis deſtruatur. Si oſsis corruptio exiſtere uideatur in capite, dorſo, anchis ſiue iuncturis, aut membris nobilibus propinquis, annihiletur medicinis complexionem ipſius oſsis conſeruantibus, & humidum corruptum & extraneum in oſsis corrupti ſubſtantia contentum exiccantibus & conſumentibus, ſicuti cum unguento de agarico, cuius hæc fertur eſſe deſcriptio: Recipe ſalis, agarici, tartari, ana, fiat puluis, & cum melle unguentum. Siue cum hoc alio: Recipe ariſtolochiæ rotundæ, ireos, myrrhæ, aloës, corticis plantæ opopanacis, cambil aduſti, ſcoriæ æris, corticis pini, ana, miſce, & fiat puluis, ſeu cum melle unguentum. Item ualet in caſu radix dragonteæ, betonica, radix peucedani puluerizata, radix uitis albæ cum uino emplaſtrata, euforbium puluerizatum, uitriolum romanum, & ſimilia. A nonnullis uero fit humiditatis corruptæ in oſſæ ſubſtantia contentæ conſumptio & reſolutio medicinis his quæ cauterio proportionantur, uidelicet oleo feruenti, radice aſphodelorū ignita ualde, cum uino, ſulphure ignito, aqua per quam fit ſeparatio auri ab argento. Tu tamen de membri ulcerati nobilitate, & ad membra nobilia propinquitate, & ſimiliter de prædictorum medicaminum fortiori & debiliori potentia conſidera, ne ex eorū applicatione in membro ulcerato cadat error.

Quot

Quot igitur ſint impedientia curationem ulcerum, & quibus diuerſis modis impediant, & per quæ ſigna impedientia occulta cognoſcantur, quæ ad theoricam pertinent curationis ulcerum: ad hæc autem quæ ſint, & quot ſint ingenia auferentia præfata impedientia, quia tria, ſcilicet potio, diæta, & chirurgia, tam generaliter in quadam ſumma, quàm particulariter circa unumquodq;, quod ad practicam attinet, in hoc noſtro compendioſo libello qui de cura ulcerum exteriorum inſcribitur, quæ eſt chirurgiæ pars, ſufficienter dictum eſt.

ANGELI BOLOG. LIBRI
DE CVRA VLCERVM
FINIS.

ANGELI BOLOGNINI DE unguentis quæ communis habet uſus practicantium hodiernus in ſolutæ continuitatis medela Liber.

PRAEFATIO.

CVM in florentiſsimo Bononienſi ſtudio, à Senatu Bononienſium ſtipẽdio adductus fuerim, ut chirurgiæ principis lectiones nõ paucæ ſcholaſticorum multitudini publice profiterer, eorum & doctorum quidẽ maior pars ingeminatis indies ꝓcibus, ut quæ unguenta communis habeat uſus practicantium hodiernus in ſolutæ continuitatis medela, & quonam modo & uia ea unguenta ſolutis cõtinuitatibus applicata, in illis operationes à medico intentas inferant, deinde in quo tẽpore ſolutis cõtinuitatibus applicanda ſunt, poſtmodum quonam modo & quo in loco applicari habeant, adhuc quanto tempore in eorum applicatione continuandum erit, ultimo eorum deſcriptionem & componendi modum deſcribere uellem, & eis cæteraq; ſtudioſæ iuuentuti imprimi curarem, ſæpiſsime me efflagitauit. Aſsiduis igitur eorum debitis ac precibus non obtemperare arbitratus ingratiſsimum, his paucis, non omnia, ſed quæ opportuniora & meliora ad rem uiſa ſunt dicens, ero contentus.

Quot & quæ ſint unguenta in communi practicantium uſu. Caput I.

VNguentorum quæ ſunt in communi practicantium uſu pro curandis ſolutis continuitatibus, quædam ſunt quæ pluribus membris, quædam qnæ pluribus ſolutis continuitatibus ſunt communia: alia quæ uni determinato membro, nonnulla uni ſoluti continuitati tantum ſunt propria. Quæ pluribus membris pluribusq; ſolutis continuitatibus ſunt communia, dicuntur eſſe hæc,

uide-

uidelicet unguenta defenſiua, unguenta digeſtiua, unguenta mundificatiua, quæ unguenta non magis uni particulari membro determinato quàm alteri, & ſimiliter non magis uni particulari ſolutæ continuitati determinatæ quàm alteri, ſunt appropriata, nec pro illis principaliter inuenta, ideo in hac parte communia dicuntur. Quæ uni membro determinato ſunt propria, ſiue illi appropriata, ſunt unguenta capitalia, quæ pro curandis ſolutis continuitatibus in capite tantum contingentibus principaliter fuerunt inuenta. Quæ uni ſolutæ continuitati ſimiliter ſunt propria & appropriata, ſunt unguenta Mercurialia, quæ utiq; pro curanda ulcera quadam ſcabie miro quodam modo reperta ſunt.

De unguentis defenſiuis. Caput II.

A Communioribus rationabiliter incipiens tanquam notioribus, de unguentis defenſiuis dicẽdum, quorum officium & operatio eſt quum frigidis & ſtipticis ſint compoſita, frigiditate ſua & ſtipticitate ſanguinẽ fluentẽ & hũores admixtos ſanguini, congelare, condenſare, & ingroſſare, & ſic ex eorum tali acquiſita ſubſtantia, ineptos fluxui reddere, necnon ſubſtantiã membri patientis inſpiſſare, poroſitatesq; ipſius conſtringere, caliditatem eius attractiuam refringere, uirtutes membri læſi unire, & unitas fortiores in ſuis operationibus reddere, uidelicet in expellendo maxime, & ſic ex his defluentes humores loco ſoluto copulari ꝓhibere. Virtus enim unita, fortior eſt ſeipſa diſperſa: qđ idem eſt, omnis potentia manens impartibilis, maior eſt. Humoribus itaq; in fluxu, ſeu de proximo influere exiſtentibus, applicẽtur defenſiua in parte ſana, uidelicet ea parte qua exiſtunt uiæ & ductus per quos defluũt humores & ſpiritus ad locum læſum. Quibus defenſiuis continuandum erit donec & uſq; humorum defluxus ceſſauerit, quod comprehendi poterit priuatione doloris, delitescentia tumoris, ſi apparuerint, bonitate ſaniei in ſubſtantia & qualitate, ipſiusq; proportionata ulceri quantitate: quorum plurimæ deſcribentur formæ, quarum prima forma erit unguẽti defenſiui cõmunis, quæ talis eſt: R. olei roſati ℥.i.s. myrtini ℥.s. ceræ albæ

albæ ʒ.vi.boni ponderis,boli armeni ℥.ſ.ſang.drach.terræ ſigillatæ,ana ʒ.i.ſ.Conterendorum unumquodq; per ſe primo,ſubſequenter commixta in unum in mortario ſubtiliſſime cõterantur (& non ab re,dum dicitur unguentum ſubtile & emplaſtrũ groſſum) & per ſetonem ſubtilem tranſmittantur,diſſolutaq; cera in oleis ad ignem lentum & ferè infrigidatis dentur pulueres,ducendo tale commixtum continue baculo uſq; ad ultimam infrigidationem. Vltimo in aqua roſata,ſeu aceto roſato,infundatur & abluatur. Tale autem defenſiuum ſub tali forma adminiſtratum, conſuetum eſt non remutari niſi de tertia in tertiam diem,applicando ipſum eo modo & loco quibus ſuprà. Solet præterea à quibuſdam pro unguento defenſiuo cõmuni,& alijs unguentis defenſiuis particularibus,in nõnullis particulis humani corporis (licet in omnibus etiam) linimentum unguento ſupra ſcripto proportionatum adminiſtrari,cum non in illis particulis accõmodate unguẽtum adminiſtrari poſſit,cuius forma erit hæc: R.olei roſ.unc.ij. boli arm.unc.i.aceti drach.i.miſce,& in mortario tale aggregatum ducatur,factaq; eorum ſimplicium adinuicẽ bona permixtione,eo linimento partes circunſtãtes uulneri ſiue ulceri ſpatio triũ digitorũ illiniantur,cooperta prius tamen ſolutione tõtinui,lētis, licinijs,ſeu faldellis & petijs emplaſtratis unguento,ſeu unguentis ſolutæ continuitati illo tunc tempore conuenientibus & opportunis: quæ linitio omni tempore medelæ præſtitæ reiterãda eſt. Ab alijs uero tempore magni æſtus & caloris,ſeu infirmorũ inopia, loco unguenti defenſiui,& ſimiliter linimẽti de quibus ſuprà,ſubminiſtrantur nõnullæ defenſiuorum formæ,ſub forma embrocæ: quarum prima erit hæc: R.ſucci ſolatri partes duas,plantaginis partem unam,aceti parum,miſce. Infuſa petia una in tali aggregato & aliqualiter expreſſa,partes circunſtantes ſolutæ cõtinuitati embrocentur,& extenſa ſupra membrum uſq; ad tempus mutationi congruum permittatur: & iterum imbibita in tali medicamento applicetur,cooperta prius ſoluta cõtinuitate tentis,faldellis,ut ſuprà habitum eſt. Alia forma: R.aquæ roſatæ unc.iij.aceti

unc.ſ.

unc.s.miſce, & applicetur ut ſuprà. Alij aliter defenſiua loco & tempore quibus ſuprà applicãda applicãt, & hoc modo tali, uidelicet loco ex oleo roſato circũquaq; inũcto, eidẽ pulueres ſanguinis draconis & boli armeni hincinde ſuperaſpergunt, & eorũ digitis nõ ualde cõprimentibus prædictos pulueres leniũt & diſſoluunt.

De unguentis digeſtiuis. Cap. III.

D*Eſcriptis nonnullis in defenſiuorum materia, de quibus in procemio nos declaraturos eſſe diximus, nũc de unguẽtis digeſtiuis dicẽdũ, quorũ officiũ & operatio eſt tã in uulneribus, quàm in ulceribus indigeſtis & crudis, ſui caliditate cũ humiditate & unctuoſitate permixta, præparare ad expulſionẽ, caliditate digeſtiuam uigorando, multiplicato calore naturali, & humiditate & unctuoſitate diſponendo ad alterationem ſimilem illi quæ fit in generatione ſaniei cum putrefactione permixta molliendo & leniendo. In uulneribus dico ſanguinẽ, & ſuperfluitates admixtas ſanguini, cõgelatum ſeu conſtrictũ in extremitatibus uenarum notabiliũ, & capillarium partiũ ſolutarũ, & in locis proximis ambientibus ipſam ſolutã continuitatem, quæ ſanguinis congelatio & cõſtrictio cõſecuta fuit applicatione albuminis oui, ſiue frigiditate aëris circundantis, ſeu alia de cauſa. Et ſimiliter præparant ad expulſionem ſuperfluitates quæ aggregantur in loco partim per uiã defluxus, uirtute expulſiua forti membrorum, potẽtiũ ſuas ſuperfluitates ad membrum debile expellere, partim per uiam congeſtionis, uirtute digeſtiua & expulſiua debili mẽbri patientis. In ulcerationibus uero crudis & indigeſtis, præparãt ad expulſionẽ humores digeſtioni rebelles ſui cruditate, heterogeneitate ſeu forti multitudine. Exiſtentibus igitur uulnere ĩ ſua ſecũda ſiue tertia die, ulceratione indigeſta & cruda in ſuo tempore, applicentur digeſtiua, replẽdo uulnus ſiue ulcus tentis, faldellis ſeu licinijs & petijs in ipſo digeſtiuo intinctis. Quibus digeſtiuis procedendum erit in eorũ adminiſtratione, donec & uſquequo tibi uiſum fuerit ſanies ex ipſa ſoluta continuitate proportionata reſudari, quæ ut plurimum in uulneribus hyemis tempore ſextam ſiue ſeptimam, in*

æſtate quintã ſiue ſextã die inſequitur. In ulcerationibus uero procedendum donec præ cæteris dolor & tumor delituerint cum præſentia ſaniei laudabilis in ſubſtantia & qualitate, quorum digeſtiuorum plurimæ deſcribentur formæ, quarum prima erit unguenti digeſtiui communis, quæ talis eſt: R. uitellorum ouorum numero. i. olei roſ. unc. i. miſce. Alia forma: R. terebinthinæ unc. i. s. uitellorum ouorum numero. v. olei roſ. unc. s. miſce: huic compoſito potes addere parum croci ſi placet, & erit magis in ſuis operationibus efficax, & in ſedatione doloris præſtans. Alia forma: R. terebinthinæ lotæ unc. ij. uitellorum ouorum numero. ij. croci ſcrup. s. olei roſ. unc. s. farinæ ordei. q. s. ut bonæ formæ & compoſitionis reddatur. Alia forma magiſtralis: R. axungiæ porci liquefactæ ſiue butyri, unc. i. s. ceræ albæ terebinthinæ, ana unc. s. croci ſcrup. s. diſſolutis axungia ſiue butyro & cera ſimul, & ultimo terebinthina, & quaſi infrigidatis detur crocus, & ducatur aggregatum ex his baculo, donec ad ultimam infrigidationem deueniat. Item alia forma ſatis mihi domeſtica in ulceribus & in uulneribus etiam à tertia ſiue quarta die citra adminiſtranda cum humiditate & unctuoſitate exiccationi permixta participet: R. unguenti baſilico. ſerap. ℥. i. dialtheæ ℥. s. miſce.

De unguentis mundificatiuis. Caput IIII.

CVm unguẽta mũdificatiua ea denominãda ſint, quæ ſolutas continuitates mundas reddunt, eapropter non immeritò hoc in loco dicendũ eſſe puto, mũdificatiuũ tripliciter ſumi poſſe, uidelicet large, ſtricte, & ſtrictiſsime. Si large ſumatur, ſic omnia unguenta quæ habent mundare ſolutas cõtinuitates, ſiue mũdent eas à ſanie, cruſtis, eſcharis, ſiue ſquamis, carne molli, carne putrida, carne oſtracata, & ſic de alijs, mundificatiua dici poterunt. Si autem ſtricte ſumatur, mundificatio ex unguentis celebrata propriè ſolutæ continuitati ulceroſæ tantum competat. Sic ea dici poterũt mundificatiua ſtricte, quæ habent ipſum ulcus mũdare ab altera duarum ſuperfluitatũ, ſolutas cõtinuitates ulceroſas inſequẽtiũ: ex quarum præſentia tale ulcus interdum ſortitur denomina-

tionem,

tionem, ut à ſanie ſubtili qua ulcus uirulentum denominatur, ſeu à ſanie groſſa qua ulcus ſordidũ. Si ſtrictiſsime, ſic ea unguenta quæ habent mundare ſolutas continuitates ulceroſas à ſuis proprijs ſuperfluitatibus ſimul & collectiue, uidelicet à ſanie ſubtili & groſſa ſimul, quæ duæ ſuperfluitates ſecundum plurimum ſolutas continuitates ulceroſas inſequuntur. Non contrahentes tamen tale ulcus ad aliquam differentiam determinatam, mundificatiua ſtrictiſsime denominanda ſunt. Data hac mũdificatiuorũ diſtinctione, de mundificatiuis ſtrictiſsime ſumptis, de quibus in hac parte principaliter fit ſermo noſter, ſubſequenter de ſumptis ſtricte, ultimo de ſumptis large dicendum erit. Officiũ itaq; & operatio unguentorum mundificatiuorum eſt ſolutas continuitates mundas reddere. Et cum in ſolutis continuitatibus ulceratis, ut ſuprà dictum eſt, duæ ſuperfluitates inueniri ſoleant, una ſubtilis, altera groſſa: ſubtilis quæ exiccantibus curatur, groſſa quæ attenuantibus & diſſoluentibus, hoc eſt abſtergentibus: quapropter mundificatiuũ ſtrictiſsime ſumptum ex exiccantibus & abſtergẽtibus ſimul & collectiue componi habeat. Apparente itaque in ulcere ſanie ſubtili & groſſa, repleatur ulcus tentis, lichinijs ſeu faldellis, emplaſtris, unguento mundificatiuo ipſis ſuperfluitatibus proportionato ſecundum prædominiũ unius ſuperfluitatis ſuper alteram. quibus continuandum erit donec locus mũdificatus fuerit: quod non falſo comprehendere poteris, dum ſaniei diminuta quantitas, ipſiusq; in ſubſtantia & qualitate perfecta laudabilitas affuerint, quorum plurimæ annotabuntur formæ, quarum prima erit hæc: R. terebinthinæ unc. ij. mellis roſati colati unc. i. myrrhæ drach. i. thuris, ſarcocollæ, ana drach. ij. Vnumquodq; eorum quæ conterenda ſunt in mortario per ſe primo, ſubſequenter commixtis in unum ſubtiliſsime conterantur, factaq; deinde bona permixtione adinuicem mellis & terebinthinæ in cazola ad ignem lentum, & ab igne depoſitis & penè infrigidatis, dentur pulueres, ducendo tale commixtum baculo uſque ad ultimam infrigidationem. Alia forma: Rec. unguenti raſini unc. ij. mellis roſati colati unc. i. diſſo-

luto unguento in cazola ad ignem lentum, & addito melle, ducendo ea baculo, fiat illorum adinuicem perfecta mixtio. Alia *forma, & dicitur unguentum de dialthæa patris mei:* R. *terebinthinæ, unguenti dialtheæ, ana unc. i. ceræ, reſinæ pini, ana drach. v. ſcrup. i. butyri, boli armeni, ana unc. i. s. floris æris drach. i. s. miſce.* Alia *forma:* R. *unguenti baſiliconis unc. ij. mellis roſ. col. unc. i. fiat eo modo quo ſuprà.* Et *hæc pauca ex unguentis mundificatiuis ſtrictiſſime ſumptis connumerata ſufficiant: nunc ex unguentis mundificatiuis ſumptis ſtricte nonnulla connumeranda erunt, quorum aliqua erunt conſumptiua ſaniei ſubtilis, alia diſſolutiua & attenuatiua ſaniei groſſæ, hoc eſt abſterſiua: & eorum quæ erunt cõſumptiua ſaniei ſubtilis, alia erunt ad caliditatem declinantia, alia ad frigiditatem.* Q*uæ uero erunt conſumptiua ſaniei ſubtilis, & ad caliditatem declinantia, eorum prima forma erit hæc, & dicitur unguentum reſinatum:* Reci. *reſinæ pini, terebinthine, ceræ citrinæ, olei communis, ana unc. iij. diſſoluta cera, & reſina, & oleo, & ultimo terebinthina in cazola ad ignem lentum, & colatis per ſetarium infrigidari permittatur, & uſui ſeruetur.* Alia *forma, & dicitur unguentum baſilicon maius, ſiue uaſilicõ, ſeu imperiale ſiue macedonicum:* Re. *ceræ albæ unc. ij. reſinæ pini, terebinthinæ, ana unc. s. ſepi uaccini, pici naualis, thuris, myrrhæ, ana drach. ij. ℈. ij. olei communis unc. iij.* Q*uæ ſunt conterenda primo per ſe, ſubſequenter ſimul & in unum in mortario conterantur, deinde in cazola ad ignem lentum, oleum, ſepum, ceram, reſinam, ultimo terebinthinam, ſubſequenter picem imponito, & omnibus diſſolutis & colatis per petiam ſiue ſetarium, & ferè infrigidatis dentur pulueres, & cum baculo tale aggregatum tandiu ducito donec infrigidetur.* Alia *forma, & dicitur unguentum aureum:* Rec. *ceræ nouæ unc. i. olei communis unc. iiij. terebinthinæ unc. s. picis grecæ drach. ij. thuris, maſtiches, ana drach. i. ſcrup. i. croci ℈. s. ſubtiliſſime pulverizetur maſtiche, pix, & thus.* V*numquodq; iſtorũ per ſe primo, ſubſequenter mixtis in unum in mortario, & diſſoluta cera in oleo, & ultimo terebinthina, & penè infrigidatis dẽtur*

pulueres,

pulueres, ſubſequenter crocus, ducendo tale commixtum baculo, donec eorum ſimplicium fiat perfecta mixtio, & tandem ultimata infrigidatio. Quæ autem erunt ſaniei ſubtilis conſumptiua ſiue exiccatiua, & ad frigidum uergẽtia, eorũ forma prima erit hæc, & dicitur unguentum de ceruſſa album: R. olei roſati, ceruſſæ pulverizatæ per ſetarium, ana unc. ij. ceræ albæ drach. vi. diſſoluta cera in oleo in cazola ad ignem lentum, & ab igne depoſitis, & quaſi infrigidatis, pone ceruſſam pulverizatam, & ultimo lauetur cum aqua roſata. Alia forma: Reci. olei roſ. ceruſſæ pulverizatæ per ſetarium, ceræ albæ, ana unc. i. fiat eo modo quo ſuprà, præter quod non lauetur cum aqua roſata, neque re alia. Alia forma: R. olei roſati, ceruſſæ pulverizatæ ut ſuprà, ceræ albæ, terebinthinæ, ana ʒ. ij. diſſoluatur cera in oleo, deinde terebinthina, quibus diſſolutis, & quaſi infrigidatis, adde ceruſſam, & uſui reſerua. Alia forma: R. ceræ albæ, olei roſati, ceruſſæ pulverizatæ per ſetarium, terebinthinæ, ana unc. ij. minij unc. i. s. diſſoluta cera in oleo, & ultimo terebinthina, & penè frigidatis, adde ceruſſam & minium commixtis in unum, & ducatur tale aggregatum baculo, donec ultimate infrigidetur. Alia forma, & dicitur unguentum de plumbo. per me Saturninum: Recipe antimonij, ceruſſæ, ana ʒ. s. plumbi uſti, lithargyri, terebinthine, ana ʒ. i. olei roſati, ʒ. ij. ceræ albæ ʒ. i. s. Quæ ſunt conterenda, ſubtiliter eo modo quo ſuprà contere, & per ſetarium ſubtiliter cribra, diſſolutaq; cera in oleo, & ultimo terebinthina, quibus diſſolutis, & penè frigidatis dentur pulueres, & ducatur tale aggregatum baculo, donec eorum fiat perfecta mixtio & ultimata infrigidatio. Alia forma, & dicitur unguentum de tuthia, ſiue diapompholicon: R. olei roſati, ceræ albæ, ana ʒ. v. ſucci granorum, ſolatri ʒ. iiij. ceruſſæ lotæ ʒ. ij. plumbi uſti, tuthiæ præparatæ. ana ʒ. i. thuris ʒ. s. quæ ſunt terenda in mortario ſubtiliter tere eo modo quo ſuprà, & per ſubtilem ſetarium tranſmittantur, diſſolutaq; cera in oleo, & quaſi infrigidatis dentur pulueres, ducendo tale aggregatum baculo, donec ultimate infrigidetur: poſtremo ponatur tale un-

guentum in mortario cum ſucco ſolatri,& tandiu cum piſtillo du-
catur, donec ſucci & unguenti adinuicem fiat perfecta unio & in-
corporatio,& uſui ſeruetur. Et quia multoties accidit applicatio
ne iam dictorum unguentorum & aliorum ſimilium, licet hæc ad
frigidum & ſiccum ſint uergentia, in ſolutis cõtinuitatibus caro
mollis generari ex eorum ſubſtãtia unctuoſa & oleaginoſa remol
liente partis ulceratæ ſubſtantiam, ideo hoc in loco dignum mihi
eſſe uidetur nonnulla unguenta enumerare, ut ab errore præfato
tuearis, quorum ſubſtantia non ita oleaginoſa & unctuoſa exiſtit,
imò in ſubſtantia quaſi ceratis ſimillima eſt:& eorum prima forma
erit unguẽtum de minio, cuius deſcriptio talis eſt: R. olei roſati ſi-
ue communis, terebinthinæ, ana ℥.ij. ceræ citrinæ ℥.iiij. minij ℥.vi.
ſubtiliato minio in mortario,& per ſetariũ transmiſſo, diſſolutisq;
cera, & ultimo terebinthina in oleo ad ignem, & ferè his tribus
infrigidatis & per petiam colatis, detur minium, ducendo tale ag-
gregatum baculo uſq; ad infrigidationem ultimam. Alia forma un-
guenti ſubſtantiæ tenentis medium inter molle ſeu oleagineum,&
durum ſiue terreſtre, & dicitur unguentum de ceruſſa coctum:
R. ceruſſæ pulverizatæ per ſetarium, ceræ albiſſimæ, ana ℥.i. olei
communis ℥.iij. terebinthinæ ℥.i. diſſoluta cera in oleo,& ultimò
terebinthina in cazola ad lentũ ignẽ,& ab igne depoſitis & quaſi
infrigidatis detur ceruſſa: ultimo uero loco manibus in aqua roſ.
infuſis malaxetur,& uſui tuo reſeruetur. Alia forma unguẽti præ
fatæ ſubſtantiæ, alijs quibuſcunq; eiuſdem tamen rationis præua-
lens,& dicitur unguentum nigrum deſcriptione patris mei: R. ce-
ruſſæ pulverizatæ per ſetariũ, lithargyrij pulverizati ſubtiliter,
ana ℥.i.s. ceræ citrinæ ℥.s. olei cõmunis unc. iiij.s. Poſitis cera &
oleo in cazia una capacitatis ſatis magnæ ad flammam ignis ligno
rum & nõ carbonum,& tandiu teneantur ſuper ea donec illa no-
tabiliter ferueant,& ſubſequenter ponantur in illis feruentibus
ceruſſa & lithargyrum,& ducantur continue baculo, ne ea fer-
uendo fundo caziæ adhæreant,& in tantũ bulliant uſquequo tale
aggregatũ ad colorẽ liuidũ deueniat,& tũc ſubitò ponatur gut-
ta una

ta una ipſius aggregati ſuper marmore aut ferro ſeu re alia frigida, & infrigidari permittatur. Infrigidata conſiderare habeas utrum talis gutta ſit ſubſtantiæ mollis & oleaginoſæ, ſiue duræ & terreſtris, ſeu inter iſta duo tenentis medium, uidelicet inter molle & oleaginoſum, ſiue durū & terreſtre. Si uero extiterit ſubſtātiæ tenentis medium inter illa duo iam dicta, tunc tādiu tale aggregatum ferueat, donec ad colorem nigrum deueniat. Si ſubſtantiæ duræ & terreſtris fuerit, tunc detur aliquantulum de oleo, & tanto tempore bulliat donec prædictam ſubſtantiam & colorem aſſumat, ſuperaddendo de oleo bis ſiue ter, & fortè pluries ſecundum opportunitatem. Tamen conſilium meum eſt circa hoc, quod eſto magis parcus in effundendo oleum, quàm abundās. Melius eſt reiterare uices olei, quàm indebitam quantitatem infundere. Si autem ſubſtātiæ mollis & oleaginoſæ affuerit, tunc taliter ferueat donec colorem nigrum, & ſubſtantiam inter illa duo iam dicta tenentem medium attingat. Quæ uero erunt ſaniei groſſæ attenuatiua & diſſolutiua, hoc eſt abſterſiua, eorum prima forma erit unguenti mundificatiui de melle, cuius deſcriptio talis eſt: R. mellis roſati unc. i. iridis ſubtiliſſime pulueriżati drach. ij. miſce. Alia forma, & erit unguenti mundificatiui de ſucco apij: R. terebinthinæ unc. ij. mellis roſati colati unc. i. s. ſucci apij unc. i. farinæ ordei. q. s. Fiat in cazola ad lentum ignem perfecta mixtio mellis, terebinthinæ, & ſucci ad inuicem, & in fine adde tantundem farinæ ordei donec ad formā unguēti extēſibilis deueniat. Alia forma, & erit unguenti mundificatiui de ſucco abſinthij, quæ fit eodē modo quo fit unguentum de ſucco apij. Sint hæc de unguentis mundificatiuis ſumptis ſtricte, dicta ſatis: de unguentis modo mūdificatiuis large, nonnulla aſſignanda erūt: quorum prima forma erit unguenti mūdificatiui ſolutæ continuitatis ulceratæ à carne molli, non iam habente aliquem putrefactionis gradum, ſed bene de proximo ad putrefactionem diſpoſita: & tale dicitur unguentum apoſtolorum ſeu uenereum, cuius deſcriptio talis eſt: Recipe ceræ albæ, reſinæ pini, armoniaci, ana drach. xiiij. opopanacis, flo-

ris æris, ana drach.ij. ariſtolochiæ lõgæ, thuris, bdellij, ana drach. vi. myrrhæ, galbani, ana drach. iiij. lithargyrij unc. i. olei communis lib. i. Quæ ſunt pulueriʒanda primo ſeorſum & diuiſim pulueriʒentur ſubtiliter, ſubſequenter commixtis in unum, deinde diſſolutis in oleo ad ignem lentum reſina & cera, per ſetarium colatis & quaſi infrigidatis dentur prædicti pulueres, eos inſimul permiſcendo: poſtmodum addantur gummi præparata præparatione qua præparari ſolent: ultimo inceſſanter tale aggregatum baculo ducatur, & infrigidari permittatur. Alia forma conſimilis præfatæ in operationibus, & dicitur unguentum damaſcenum: ℞. unguenti reſinati unc. i. floris æris ſcrup. i. diſſoluto unguento in caʒola ad ignem lentum, & ab igne depoſito & penè infrigidato detur flos æris, ducendo tale aggregatum baculo, donec eorum fiat inſeparata mixtio, & tandem ultima infrigidatio. Forma una unguenti mundificatiui ſolutæ continuitate ulceratæ, à carne iam habente gradum confirmatum, imò gradus corruptionis & putrefactionis: quod unguentum, ut quidam aiunt, & ego cum eis, prohibet ambulationẽ, facit cadere quod eſt putrefactum, & ſeruat illud quod ſequitur ipſum. Tale uero unguentum ægyptiacum denominatur, cuius deſcriptio: ℞. mellis crudi, aceti, æris, aluminis rochini, floris æris, ana unc. i. pulueriʒanda ſubtiliter in mortario pulueriʒentur, ut ſuprà de alijs. Subſequenter omnia in mortario ducantur donec eorum fiat mixtio concedens, deinde ponantur in caʒola ad ignem lentum, ducendo cum ſpatula tale aggregatum, & ſeparando illud à parietibus caʒolæ ne cõburatur, & tãdiu bulliat donec ad colorẽ rubrũ, & ſimliter ad ſubſtãtiã denſam & nullo modo raram & fluxilem deueniat. Si enim tale aggregatum eſſet ſubſtãtiæ raræ & fluxilis, duo non opportuna in eius adminiſtratione cõtingerent. Vnum, quod in eo ſolutæ continuitati applicito, in ſpatio tẽporis minimi actum fluxilitatis reduceretur, & ſic in ea tam paruo tempore nõ operationes à medico exoptatas inferret. Aliud, quum de ratione grauis & terreſtris ſit inferiora petere (conſeruato eo unguento in aliquo uaſe) alumen,

mel,

mel,& flos æris,tã quàm terreſtria grauia & groſſa ipſius uaſis fundum peterent:acetum uero,& maxime ipſius aceti ſubſtantia ſubtilis,ſuperficiem. Quare dum crederes tale aggregatum admi-niſtrare,tantummodo per te acetum adminiſtraretur, derelicta baſi & radice ipſius aggregati,quia melle,alumine,& flore æris, niſi per te prius eorũ permixtio fieret. His uero rationibus moti, confirmamus eius ſubſtantiam denſam & terreſtrem utiliorem & magis collaudandã fore. Forma una unguenti mũdificatiui ſolutæ cõtinuitatis ulceratæ à carne oſtracata,calloſa & dura,quod unguentum diaberich à quibuſdam denominatur, per me martiale, cuius deſcriptio talis eſt: R. argenti ſublimati,unguẽti populei ſeu dialthææ, quæ dialthæa multum acuitatem ſublimati refringit, ana partes æquales quo ad oculum, conteratur ſubtiliter ſubli-matum in mortario,ſubſequẽter addatur unguẽtum dialthææ ſeu populeũ,& tandiu ſimul conterantur donec eorũ fiat mixtio concedens. Et hæc ſatis ex unguẽtis quæ pluribus membris pluribusq́; ſolutis continuitatibus ſunt communia. Nunc autem tractandum erit de unguentis, quæ uni determinato membro,& ſimiliter de illis quæ uni ſolutæ continuitati tantum ſunt propria:& primo de illis quæ uni determinato membro ſunt propria ſiue appropriata. Et antequam ad ea deueniamus ne ab enumeratione unguentorum malam complexionem remittentium,& ſimiliter unguẽtorũ carnem generantium,& unguentorum incarnantium,& unguentorum cicatrizantium defeciſſe uidear,dicatur quod pro unguentis malam complexionem remittentibus recurratur ad ea,quæ de unguentis mundificatiuis ſaniei ſubtilis ſcripta ſunt:pro unguentis uero ſua primaria intentione carnem generãtibus,& pro unguẽtis incarnantibus,& pro unguentis cicatrizantibus,quũ mundificationis tempore & in actu mundificandi ſæpe contingat. præter medici intentionem et medicaminis applicati uirtualem operationem,in una parte ſolutæ continuitatis ulceratæ caro generari,in alia cicatrizari,in altera mundificari:quapropter in attẽta conſideratione horũ effectum diu permanens,arbitratus ſum has

operationes actione naturæ fieri, remotis tamen impedimentis, ut tota medicorũ ſchola tenet: & adhuc à continuiſsima & frequẽti illorum effectuũ conſideratione non deficiens, & circa magis mihi neceſſaria pro nunc occupatus, his de cauſis dicatur ab enumeratione unguentorum iam dictorum nunc ſuperſedendum eſſe.

De unguentis capitalibus. Caput V.

NOn poſſum non admirari, cur priores poſterioresq; medici huius antiquæ, certæ, & non deceptoriæ, neceſſariæ & continuò honoratæ artis, nõ cuilibet determinato mẽbro unguenta propria & appropriata inuenerint, ſicuti capiti, pro curãdis ſolutis continuitatibus in eo cõtingentibus inuenere, pro quo unguentum ex quampluribus proprietatibus conſtitutum omni ſtudio compoſuere, uidelicet aromaticitate, exiccatione, caliditate & attractione. Aromaticitate, ut fiat ipſius membri dilatatione animæ & ſpiritus cõfortatio, exiccatione uero ſuperfluitatum conſumptio, complexionis naturalis membri conſeruatio. Omne enim ſimile à ſuo ſimili cõſeruatur. Caliditate, innati caloris membri naturaliter debilis uigoratio, cõſeruatio & multiplicatio, attractione autem ſuperfluitatũ extranearum in profundo ſolutæ continuitatis exiſtẽtiũ ad exteriora euulſio. Ecce quàm poſteriores medici hac tempeſtate noſtra laborauere in inueſtigatione præfati unguenti pro conſeruatione complexionis, & uigoratione caloris naturalis iſtius membri, præſupponentes ea maxime fore baſim & fundamẽtum ferè requiſitæ curationis, quod unguentum adminiſtrandum erit dum ſanguis ex ipſa ſoluta continuitate penitus fuerit reſtrictus: quia ſua ſecunda die cõputata ab hora percuſſionis, emplaſtratis ex eo lichiniis ſeu ſaldellis, & magna una petia occupante de parte ſana per ſpatiũ quatuor digitorum ſecundum omnem differentiam poſitionis, quæ lichinia: faldellæ & petiæ emplaſtratæ in oleo roſato infundantur, & aliqualiter exprimantur, & loco actu calida taliter præparata applicentur, donec appareat in loco ſoluto aliqualis digeſtio & doloris penitus remiſsio, & tunc oleo poſtpoſito eo ſolo unguento continue-

tur

tur donec & uſq; quo ab accidentibus malis tutus fueris, & caro iam cuti quaſi adæquata fuerit, & ad alia medicamenta eiuſdem tamen rationis deueniendum erit, his duabus rationibus moti, prima, cum natura tali permutatione gaudeat, ſecunda, ut uidearis non uno ſemper medicamento procedere, ſed diuerſis, ex quib. infirmi & aſtantium ſpes ſalutis corroboratur. Et tunc ad cerota tranſeundum, quæ unguentis præſtantiora erunt in cura, ſtante carne iam quaſi adæquata cuti, & hoc cum non oleaginoſitate & unctuoſitate participent, quibus ſit aliqualis refractio aromaticitatis & exiccationis unguentorum. Deſcriptio eius talis eſt: R. terebinthinæ, reſinæ pini, olei communis ſiue roſati, ceræ nouæ, ana unc. vi. betonicæ, matriſſyluæ, ana lib. s. hoc eſt unc. vi. uini albi potentis & odoriferi ad aliqualem dulcedinem tendentis q. s. pro ſepultura herbarum: betonicam & matriſſyluam minutim incidito, deinde ea in mortario aliqualiter contundito, & ſic præparata in uino albo odorifero infundito, quæ duo ſtent in tali infuſione per dies tres naturales, & fortè plures miſcendo prædictas herbas & uinũ omni dei bis ſiue ter: poſtea prædictũ uinum cum prædictis herbis ſumito, & in caldario ſiue cazia magna, & ſimiliter terebinthinam, oleum, reſinam, & ceram imponito, & tandiu ad lentum ignem ſimul bulliant, permiſcendo ea baculo ne fundo caziæ adhæreant donec uini fiat conſumptio, poſtmodum per ſetarium ſiue petiam raræ ſubſtãtiæ colentur, & exprimãtur in catino uitreato, & in eo infrigidari permittantur, infrigidatis iterum ponãtur in una cazia ad ignem & diſſoluãtur: quibus etiã diſſolutis, addantur ſarcocollæ, myrrhæ, ana partem unam, gummi, elenij partes iij. ita quod uni libræ unguenti correſpondeãt iſtorum trium pulucrizatorũ unc. ij. & aliqualiter bulliant, & iterũ colentur, & unguentũ ex his iam dictis ſimplicibus & modis conſtitutum uſui ſeruetur. Forma una ceroti capitalis præ alijs nobilior conſtituatur ex modis & ſimplicibus iam dictis adiuicẽ proportionatis, præter oleo, quibus unguentũ capitale præſcriptum cõſtituitur, quo cõſtituto manibus oleo iunctis malaxetur & uſui ſeruetur.

ſeruetur. Alia forma ceroti capitalis: Rec. reſinæ pini, ceræ ana unc. vi. terebinthinæ unc. xij. ſucci betonicæ, plantaginis, apij, ana lib. i. bulliant ſucci adinuicem cum cera, reſina, in cazola ad ignem lentum, & quaſi ſuccis conſumptis & exiccatis detur terebinthina, qua diſſoluta & aliqualiter per ebullitionem cum illis incorporata colentur, & uſui cerotum confectum reſeruetur. Et hæc de unguentis & cerotarijs quæ uni determinato membro ſunt propria ſiue appropriata.

De unguentis mercurialibus. Caput VI.

POſitis nonnullis unguentis & cerotis quæ membris appropriantur, hoc in loco tractandum erit de unguentis & cerotis quæ ulceribus appropriata ſunt, & maxime cuidā ægritudini ulceroſæ mali modi, cui applicatis unguentis, quæ alijs ulceribus applicari ſolent, potius compertum eſt nocumentum quàm iuuamentum. Cuius tam abſurdæ diuerſitatis dubius, & multo tēpore in eius conſideratione anxius cōmorans, tandem experimento ratione comprobato uiſum eſt per me & alios quamplures, iam dictæ ægritudinis curam fieri applicatione medicaminum corpus â ſuperfluitatibus indeſinenter mundantium, neglectis iam dictis localibus & alijs. Qua de re non erit erroneū dicere, & ſine hæſitatione credere, hāc ægritudinem à materia antecedente & forti & continue eam fouente dependere: cuius cura ut habitum eſt, erit euacuatio illi debita & proportionata. Quæ uero ea ſit in his & alijs in hac parte incidentaliter dicendis, conſidera. Et primo quod euacuationum per medicos ſeniores & iuniores adinuentarum, aliæ fiunt aſſumptione ſolutiui aſſumpti per os in forma pillulari, cōfectionis, electuarij, pulueris, uel ſub alia forma. Nonnullæ linitione iliorum & uentris inferioris cū unguento arthanite uel laxatiuo, certa linitione extremitatū. Quædā uero fiūt aſſumptione ſolutiui aſſumpti per os, & ſimiliter linitione uentris. Quæ per os, de quibus ſermocinandū eſt, educunt ſolūmodo humorē ad quē conuertūtur, pro eo tempore quo ſit retenta & digeſta medicina ſolutiua in corpore: cuius digeſtiōis terminus cōmuniter eſt circa

horas

horas octo, in quo tempore interdum educuntur omnes humores ferè peccantes, licet raro, interdum eorũ pars, educendo eos per ſeceſſum, & nõ regione alia. Quæ euacuatio mea ſententia in uno uidetur diminuta, in alio erronea. Diminuta, quia non educit cõtinue & ſucceßiue ſuperfluitates donec corpus redditur mundum. Poſito enim interuallo, ut res exigit, inter aſſumptionẽ unius medicinæ ſolutiuæ & aliam, in tempore autem intermedio fiet reaggregatio (dico in hac magna cauſa) tantæ humiditatis in corpore, quantæ facta fuit euacuatio per priorem medicinam, & fortè plus. Præterea non educit pluralitate regionum, ſed tantũ unica. Pluribus enim humoribus peccantibus uariæ ſubſtantiæ & degentis in loco longinquo & fortè rebelli à uia ſeceſſus, nõ fiet eorum debita & appropriata euacuatio. Vnica regione, quia per ſeceſſum. Erronea, quoniam non inueniendo humorem ad quem cõuertitur, & in quem eſt propriũ agere, educit humiditates radicales, & illas eliquat & diſſoluit, & ſic eſt cauſa magni terroris & multarum ægritudinum, ſenij, & mortis intempeſtiuæ. Et in actu euacuandi ſæpe accidit quod mouet humores & illos non euacuat: & ſi euacuat, laborioſe euacuat, aut euacuat pluſquam oportet. Et facta euacuatiõe accidit interdum febris, dolor capitis, uertigo, debilitatio uiſus, debilitatio ſtomachi, ſitis, ſingultus, dolor ſtomachi, dyſenteria, egeſtio ſanguinea, tineſmos, laßitudo & debilitatio corporis: de quorum accidentium ſuperuentu nullus admiretur, cum medicina qua fit talis euacuationis modus, malignitate & uenenoſitate participet, quia fortẽ aliter nõ educeret. Non igitur mirũ, ſi tranſeundo per os & membra nobilia, præfata accidentia ſubſequãtur. Quæ autem fiunt linitione extremitatum, educent ſuperfluitates peccantes tantummodo & ægritudinem fouentes, ſiue ſint a, ſiue b, educendo eas continue & ſucceßiue, die noctuq́;, donec corpus redditur mundum unica regione ſiue pluribus, quibus habilius & commodius tales ſuperfluitates euacuari poſſunt. Et quamuis hi prænominati effectus & operationes ex tali modo euacuandi conſequentes, reuera digni ſint non minima admiratione,

tione, eapropter ut admirantium animus ſedeat, erit innoteſcendum hos effectus & operationes non fieri ui medicinæ educentis illum humorem peccantem, ſed ui uirtutis expulſiuæ membrorum principalium, expergefactæ & irritatæ à qualitate linimenti ad expellendũ nocitiua ſuperflua, ac ſi iraſcens incitaretur ut furiat: opus enim naturæ præ alijs ratiõabilibus ualidius & incolumius. Item innoteſcendum ſecundo, quod non raro accidit uirtute exiccatiua linimenti quo fit prænominatus euacuandi modus, conſolidatio ulcerum iam dictorum fieri, abſq; ullo ſigno ſenſibili euacuationis: & non ab re: exiccatis enim extremis partibus, exiccatur totum corpus: ſicuti infrigidatis extremis partibus, omnes totius corporis partes infrigidantur. Accidentibus uero timoroſis ex hac linitione ſiue euacuatione apparentibus, illis ſuccurrendum erit de facili, & hoc per remotionem cauſæ extrinſecus applicatæ: quod non fieri cõtingit in euacutione facta ui medicinæ aſſumptæ per os. Et ſi quis mordaci dente de ulceribus in ore euenientibus ex linitione præfata, talem modum euacuandi accuſauerit, taceat, maiorum ſuorum documentis, dicentium in cura ſcabiei antiquæ & ulceroſæ diſenteriam prouocari: ſimiliter in cura ſcrophularum, inteſtinorum excoriatione apoſtema ſcrophuloſum curari: in paßionibus oculorum poſteriorem partem colli ignitam acu & ſetone perforari: in magnis cauſis, ut in lepra, uenena intrinſecus exhiberi, quod maius eſt. Quàm miræ & excellentis uirtutis exiſtat in præfata ægritudine euacuationis modus linitione extremitatum adminiſtratus, uere, Nõ mihi ſi linguæ centum ſint, oraq; centum, ferrea uox, ſufficienter enarrare poſſem. Sed pro poſſe noſtro debili hæc pauca de eius uirtute & operatione ſatis dicta ſint, hoc uno non omiſſo, quod tuum erit ex præfatis euacuandi modis unum in hac dura & ſæua & ultima ægritudine, quod magis concedens uideatur eligere, & illum in infirmorũ languentium ſubſidium afferre. Deueniens modo ad linitionis modum, dicatur quod primo præparentur loca in quibus fieri habeat talis illinitio, tali præparatione, quod fiat habilior uirtutis linimenti

impreßio,

impreſsio, & conſequenter effectus exoptatus facilior, uidelicet fomentando manus & pedes. Manus à cubitis & ſupra cubitos per quatuor digitos uſq; ad palmam manus. Pedes à genibus & ſupra genua per quatuor digitos uſq; ad plantam pedis decoctione hac, uidelicet: R. calamenti, origani, menthæ, ruthæ, marrubij, foliorum lauri, ſcabioſæ, lapatij acuti, fœniculi, ana manip. i. bulliant hæc in ſufficienti quantitate aquæ uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, & ſtuffentur membra prædicta omni ſero circa cauſam horæ melancholiæ uergentem uerſus horam phlegmatis, quum in tali ægritudine multum prædominetur phlegma humori melancholico admixtum, quod perſuaderi poteſt ex dolore & anguſtia infeſtantibus & ſe mouentibus hora motus humorum peccantium. Nam patientes talem diſpoſitionem ægritudinis incipiunt moleſtari à doloribus & anguſtijs circa caſum horæ melancholiæ, continuando per totam horam phlegmatis, quia incipiunt moleſtari à uigeſima ſiue uigeſimaſecunda hora, perdurando per totam noctem, quæ ſunt horæ prædictorum humorum. His locis præparatis ad ſuſcipiendas uirtutes linimenti, ſubſequenter ea pannis lineis calidis abſtergãtur, & dei nutu inungat infirmus per ſemetipſum loca fomentata, eo in loco calido ſedente, utputa inter duos ignes, unguento in extremitatibus digitorum tepefacto, de quo infra. Inunctis his partibus faſcientur loca illa cum faſcia calida, ſuprapoſita prius ſtuppa cannabina, continueturq; talis faſciatio donec continuatur talis iuũctio, & continuetur talis inunctio uſque ad diem quartam ſiue quintam incluſiue & fortè plus, donec dentes dolere inceperint, ſiue phlegmata per gingiuas notabiliter diſſolui, ſiue ſuperfluitates peccantes alia regione ſenſibiliter ſeu inſenſibiliter euacuari, & tunc à tali linitione deſiſtendum erit. His autem apparentibus abſtergantur & mundentur loca inuncta à tali linimento cum panno lineo rudi & nouo, cauendo infirmum ſummopere à principio linitionis uſq; ad finem curæ à frigore, ita quod non egrediatur domum donec ceſsabit fluxus phlegmatis & aliarũ ſuperfluitatũ euacuatio: & ne prænominatus eua

cuandi

cuandi modus in aliquibus caſibus uideatur fallax & mendoſus, erit attendendum, quod forti ægritudine apparente, & medicamini tuo reſiſtente, uirtute exiſtente robuſta ſatis, non eſt abſurdum totum corpus ſtuffari, & linitionem noſtram uſq; ad humeros & ilia fortè & dorſum terminari, ſubſequenter infirmum pannis calidis inuolutum in molli lecto collocari, & cum ſacculis calefacti ordei circundari. Et econtrà uirtute debili exiſtente & ægritudine infeſtante, ab his iam dictis euacuandi modis erit deſiſtendum, & à leuioribus pro eius cura procedendum, ſeu localibus appropriatis, de quibus infra, palliandum: quare æqualiter librando fortitudinem uirtutis & ægritudinis, & liniendi modum inter ſe, interdum tui honore, linimenti uenerationis conſeruatione, infirmi utilitate, non erit inutile. Et ſi quæratur, quænam poſt talem iunctionem diæta competat, utrum ſubtilis & tenuis, an groſſa: Reſpondeo mea ſententia, ut ſuprà dictum eſt, cum effectus & operationes ex linitione iſta conſequentes non fiant ui medicinæ educentis illum humorem peccantem, ſed ui uirtutis expulſiuæ membrorum expergefactæ & irritatæ ad expellendum nocitiua à qualitate talis linitionis, ideo omni poſſe oportet naturam totius confortare & conſeruare, ut confortata & uigorata fiat potentior in expellendo nocitiua ſuperflua: & cum à re nulla præſtātius & uelocius uirtus confortetur quàm à bono & laudabili cibo & potu, quare in caſu erit æger cibandus cibarijs generatiuis boni laudabilis & nō putreſcibilis chymi, uti carne gallinarum, caponum, pullarum iuuenum, hœdi lactantis, caſtrati iuuenis, perdicum, faſianorum, auicularum cum roſtro ſubtili, ouis gallinarum coctis, præterquam elixis & frixis. Item potus eius ſit uinum ſuauius quod haberi poteſt ſine admixtione aquæ. Tale autem uinum eſt naturæ amiciſſimum, & maxime uinum album ſubtile aromaticū, & ad bibēdum ſuaue, & eſt de eo de quo ſanguis & ſpiritus quaſi nullo medio generatur. Ad pleniorem doctrinam euacuationis linitione extremitatum ſuccedentis, cum incidentaliter in ſuperioribus tactum ſit de eius accidentibus unicuiq; intellectui pauorem

inferenti

inferentibus, & ſimiliter de eorum cura per remotionem cauſæ extrinſecus applicatæ, erunt hæc conſideranda, uidelicet quæ & quot ſint talia accidentia: deinde cum quibus & qualibus ea curanda ſunt. Accidentia connumerantur hæc, uidelicet dentium & gingiuarum dolor, gutturis aſperitas & inflammatio, phlegmatis ex gingiuis ſuperflua euacuatio, fluxus phlegmatis ex gingiuis, ante tempus reſtrictio, phlegmatis non in ſuo tempore à gingiuis expulſio, maſticationis cibi difficultas, uirtutis debilitatio, uentris conſtipatio, coloris faciei mortificatio. Primum itaq; accidẽs curetur cum ſucco abſinthij & albo oui ſimul mixtis, ex quibus partes iunctæ iungantur, cureturq; ex lacte ouillo tepido ipſum os colluendo. Secundum accidens cum melle roſato, melle ſimplici, aqua ordei, aqua lactis. Tertium accidens caſtigetur cum bolo arm. diſſoluto cum ſucco lanceolæ, & ex iſto compoſito colluatur os, & eo iungantur loca iuncta prius, ſiue teneat in ore frigidam aquam ſeu ſuccum ſolatri, & ſic fiet reſtrictio fluxus. Quartum accidens cum maſticatione ſtaphidis agriæ, ſiue thapſiæ, hoc eſt piperinæ. Quintum uero accidens corrigatur cum fomentatione partium quæ prius fuerunt iunctæ, ex rore marino, ſaluia, bullitis in aqua. Sextum accidens cum diæta ſorbili ex bono brodio contuſo, deſtillato, quibus ſi admiſceantur corbialia non erit inutile. Septimum accidens deſtruatur cum ſaccharo ro. bugloſſato, boraginato, cibis bonis & cordialibus, epithematibus cordialibus, electuarijs cordialibus, & potib. cordialibus. Octauum uero accidens cum clyſtere communi, ſeu ex brodio pulli cum ſaccharo & uitellis ouorum & ſale, & utatur ſaccharo uiolato dum adeſt uentris cõſtipatio cum uirtutis debilitate. Nonum accidens annihiletur cum gũmi arabico: axungia urſi, oleo roſato, ana, & miſce totũ cum pauco balſami, & iungantur manus, facies, & tempora, & tunc reddetur color naturalis & pulcher. Et hæc breuiter de cura accidentium dicta ſint. Interroganti uero cauſam, unde eſt quod ex præfato liniendi modo ſit ſecundum plurimum ſuperfluitatum euacuatio per ſputum: licet in ter-

dum per ſeceſſum, ſudorem, & urinæ fluxum. Dicatur, quod *exiſtente nõ raro materia huius ægritudinis à prædominio phlegmatis, natura ſagax regionem euacuationi phlegmatis, & maxime à capite deſcendentis, & ſimiliter humoris curſu phlegmatis expulſi ſi quis fuerit, hanc non rebellem, uidelicet per ſputum, imò ſibi ſolitam & familiarem experta eſt.* Siue *dicatur, limitionem prædictam ſui proprietate occulta dentibus & gingiuis nocere, & ea debililare, qua parte debilitata, fit in ea aggregatio ſuperfluitatum ægritudinem apoſtemoſam conſtituentium, partim per uiam defluxus, partim per uiam congeſtionis: cuius ægritudinis apoſtemoſæ materia coniuncta in aliquibus colore naturali, calori extraneo prædominante ſuppuratur, in nonnullis calore extraneo calori proprio prædominante corrumpitur, & ſic quicquid ab ea corruptione tangitur, ſimiliter corrumpitur: quare facta in eo loco ſolutione continui, & porta, ex exitura ſiue putrefactione, debilitate adhuc procedente, ut res exigit, fit inde per ſputum ratione hac ſuperfluitatum expulſio, & ſic earum euacuatio.* Miror *etenim in caſu ſi ita eſt ex hac ſolutione ulceroſa phlegma non alteratum euacuari, aßignata interroganti hac cauſa.* Nunc *autem deſcribenda erit ea linimenti ex intenſione noſtra conſolati deſcriptio, quo iunctis extremitatibus eſt omnium membrorum principalium corroboratiuum, membrorumq; illis deſeruiẽtium confortatiuum, necnon membrorum quibus applicatur uigoratiuum, ſpiritus & animæ dilatatiuum, cunctarum uirtutum ſed expulſiuæ maxime, omnium membrorum ad expellendum nocitiua incitatiuum, ſuperfluitatũ peccãtium cõtinue & ſucceßiue die noctuq; donec corpus redditur mundũ unica regione ſiue pluribus eductiuũ:* R. *laridi pulchri nõ rãcidi gladio minutim raſcati unc.* viij. *gariof. bẽzuin, ana drac. ij. cinnamomi, nucis muſcatæ, ſtoracis calamitæ, ana drach. i. s. corticum citri, croci, ana drach. ij. corticũ paradiſi drac. iiij. euforbij ſcrup. iiij. aquæ roſ. unc.* vi. *ceræ albæ minutim inciſæ, ſed tempore æſtatis, unc. s. lauetur lardo in aqua ſcabioſæ duabus uicibus continuè abijciendo aquam, deinde laue-*

tur

tur tribus uicibus cum aqua roſ. optima eodem modo quò lotus fuit in aqua ſcabioſæ, continue illam aquam abijciendo, poſtea gariofili & alia ſupraſcripta bene puluerizata cum lardone in aqua roſ. infundantur per diem naturalem, poſtremo in uaſe duplici bulliant, utputa per balneum mariæ, obturato bene orificio uaſis uſq; ad cõſumptionem aquæ roſ. per horã, ultimo per petiam lini ſubtilis colentur & infrigidari permittantur: deinde adde ſibi de mercurio terreſtri quantum infra deſcribitur, in mortario ligneo ducto adeò ut minima pars mercurij tangat minimam partem ſupraſcripti unguenti. Præparetur mercurius hoc modo: Re. mercurij terreſtris unc. iij. mercurij ſublimati drac. ij. ſucci citrangulorum unc. s. fellis tauri, ſaliuæ hominis ieiuni q. s. ſubtilietur aliqualiter mercurius cum ſputo, deinde ponatur mercurius ſublimatus in mortario diligentiſſimeq; conteratur, addendo de ſucco citranguli & alijs ſupraſcriptis: R. laridi ex intẽtione noſtra præparati unc. vi. mercurij terreſtris in naturam cælicolæ conuerſi unc. iij. miſce, & fiat unguentum in mortario lapideo ſiue ligneo per diem integram conterendo, ita quod minima pars unius ſimplicis contingat minimam partem alterius. Forma una unguenti mercurialis ſubſtantiæ tenentis medium inter molle & durum, quod per me cerotum mercuriale denominatur, cuius officium & operatio erit membrum cui applicatur permaxime uigorare, & cunctas uirtutes principaliter membri læſi, & ſecundario membrorũ quibus tale membrum alligatur irritare digeſtiuam & expulſiuã præ cæteris, quod unguentum adminiſtrãdum erit hora prima qua ad infirmũ perueneris, extenſum ſuper petia una capacitatis magne, ita quod comprehendat notabiliter de parte ſana membri ulcerati ipſum ulcus ambiente, repleto ulcere prius lichynijs, faldellis emplaſtratis unguento de quo infra, quod continuandũ erit donec locus penitus cõſolidatus fuerit, cuius deſcriptio talis eſt: R. linimẽti ſupraſcripti unc. iij. mercurij cælicolæ unc. ij. ceræ unc. ij. s. terebinthinæ unc. s. Alteratur linimentum ſupraſcriptum cum mercurio cælicola in mortario ligneo cum piſtillo ſuo eodem modo quo

ſuprà: deinde diſſolutis inſimul cera & terebinthina in cazola ad ignem lentum, & ab igne depoſitis & quaſi infrigidatis detur linimentum mercurio ſupraſcripto admixtum, illius infundendo partem poſt partem. Forma una unguenti mercurialis quo lichinia & faldellæ emplaſtrentur, cuius officium & operatio erit ulcus à ſuis proprijs ſuperfluitatibus emundare & ſubſequenter non primaria ſui intentione, ſed ſecundaria carnem generare: Recipe laridi ex intentione noſtra primaria præparati unc. vi. mercurij terreſtris unc. iij. aluminis rochini uſti drach. vi. corticum thuris pulverizati drach. iij. miſce. Sint iſta connumerata ſatis de unguetis & cerotis quæ ulceribus appropriata ſunt. Et licet quamplura dicta incidentaliter tamen, in de unguentis mercurialibus uiſa ſunt, uerum id non abſq; ratione factum arbitrandum eſt, cũ nõnulli ad pauca reſpicientes aſſerant curationem ueram & ratione comprobatam iam dictorum malignorum ulcerum unguentis mercurialibus minime fieri poſſe, nec ea unguenta in humano corpore canonice adminiſtrari debere: qua de re ut præfata & alia clarius elucidentur,

Quærendum erit & primo, utrum unguenta mercurialia pro curanda diſpoſitione iam dicta & alijs in humano corpore adminiſtrari habeant? Pro quo dicendum quod ſic, cum Galenus, Auicenna, Meſue, cæteriq; talibus uſi fuerint, indiesq; communis medicorum cœtus utatur etiam, & hoc inunctis pulſibus pro curanda ſcabie. Et ſi dicatur quod in compoſitiõe unguentorũ pro curãda ſcabie mercurius non ingreditur, neq; adminiſtratur in tãta doſi, quẽadmodũ adminiſtratur in unguentis ꝑ curandis ulceribus præfatis, in quibus doſis mercurij ſatis adaucta eſt: dicendũ, quod ſicut non eſt proportio æqualis inter ſcabiem & hanc ægritudinem ulceroſam, cum hæc ægritudo ſit ſæua, & ultima, & mali modi, ſic non debet eſſe æqualis proportio mercurij in unguento quod adminiſtratur ad ſcabiem, & in unguento quod adminiſtratur ad iam dictam ægritudinem. Vltima quidem ſeu fortis ægritudo, fortibus ſeu ultimæ indiget adiutorijs pro ſui cura.

Quæratur

Quæratur ſecundo, unde eſt quod unguenta mercurialia curāt ſcabiem, & præhabitam ægritudinem, inunctis pulſibus tantūmodo? Dicēdum, quod curant ſcabiem & præhabitam ægritudinem, euacuando materiam antecedentem eorum, ſicuti dicitur à maioribus noſtris de unguento experto ad ſcabiem ipſius Meſue.

Quæratur tertio, propter quid eſt, & unde hoc accidat ex talibus unguentis talis euacuatio fieri eo modo quo dicitur? Dicēdū, quod irritando ſua qualitate expulſiuam morborum principaliū, fit talis euacuatio. Inunguntur enim partes ualde & ſumme principalibus alligatæ, neruis, arterijs, & uenis magnis mediantibus, ſicuti dicitur de unguento arthanite Meſue, quod expulſiuam inteſtinorum ſtimulando & irritando euacuat.

Quæratur quarto, utrū linimēto iā dicto quæcunq; ægritudo de repletione curari poſſet: quū per nos tot & tāta de eius uirtute & operatione dicta ſint? Dicendū quod ſic, dūmodo uirtus ſit fortis, & ægritudo nō acuta, nec cū malis accidētibus in aliquo tēpore ſui ꝓximi cōplicata. Et hoc ideo, cū de facili infirmus in tēpore infeſtationis accidentiū, & in principio paroxyſmorū deficere poſſet, natura à tot & tātis infeſtata. Nōne unuſqſq; magis ſe uno inimico notabiliter lædente poteſt ſe defendere, quàm à pluribus?

Quæratur quinto, utrum membra principalia ex tali linitione ledantur? Dicendum quod non læduntur læſione quæ non corrigi ac rectificari poßit, quum cauſa poßit abſcindi & remoueri, quia ſe tenens ab extrinſeco. Necnon quum poßint applicari per intus & extra, principalia membra uigorantia & cōfortātia. Et adhuc natura à ſuperfluitatibus exonerata non deficit poſtea in neceſſarijs, quia maxime in uigoratione principalium. Et ſicuti dictum eſt, remiße læduntur quum mercurij qualitatis ſatis ſit refracta & conſolata, ſi quis diligentißime compoſitionem noſtram inſpexerit uti dicitur de ſcamonia in electuario ſucci roſ. coloquintida, belleboro, agarico, turbit, & in alijs.

Quæratur ſexto, utrum tale medicamen uenenoſitate participet? Dicendum quod ſic, refracta tamen.

Quæratur ſeptimo, unde eſt quod à talibus ulcerationibus abſoluti, poſt aliquod tempus, utputa per annum, de nouo in ulcerationes incurrunt? Dicendum, quod nō obſeruato debito regimine in ſex rebus non naturalibus, multiplicatisq́; ſuperfluitatibus, & ſuperueniente iterum cauſa ab extrinſeco, tales iterum in ulcerationes incurrunt, ſicuti accidit in alijs ægritudinibus particularibus, ut pleureſi: & uniuerſalibus, ut febre. Cognitum enim eſt experimento talem morbum eſſe contagioſum.

Quæratur octauo, unde eſt quod in aliquibus caſibus curatio redditur mendoſa? nam illa ulcera uidentur quaſi exiccari, & in breui tempore reſcindi. Dicendum quod contingit ex ijs uidelicet quod non facta fuerit euacuatio completa & ſufficiens, ſed incompleta & diminuta: quia diminute facta fuit illinitio, ſeu quod fortè infirmus expoſuit ſe frigido aëri in tempore euacuationis, unde materiæ antecedentes obturatis poroſitatibus & conſtipatis, non potuerunt exhalare & expirare, quare delegatæ ad locum debilem fuerunt cauſa recidiuæ.

Quæratur nono, utrum inueniantur alia medicamina ſimilem qualitatem habentia, ita quod ex eorum approximatione ad membra, inducant talem euacuationem? Dicendum quod ſic, non tamen à natura præfati medicaminis denudata ualde, ut ſuffumigia: quædam enim adminiſtratio uſitata culpari poterit: & cauſam conſidera: pertranſit ſiquidem ſubtiliata ſubſtantia ingredientium ſuffumigij compoſitionem, immediate ſuper principalia & eis deſeruientia.

Quæratur decimo, utrum unguentis mercurialibus eo modo quod dicitur utendum ſit? conſtitutum enim eſt, quod nullo modo talia unguenta ſuper principalibus applicanda ſint, & cum irritando naturam membrorum principalium, irritatio talis nō poſſit fieri, niſi uirtus ipſius cadat ſuper principalia, igitur non eis eo modo utendum eſt. Dicendum, quod ſi cadunt ſuper membra principalia, remiſſe tamen cadunt extremis partibus iunctis, & ſic uirtus eorum ad principalia remiſſe accedit.

Quæratur

Quæratur undecimo, utrum ſit euacuandum repente, & multum, quemadmodum faciũt unguenta mercurialia, ut quamplures uerbo uno aſſeruere? Talis enim euacuatio fallax eſt & naturæ inimica: paulatina uero certa & uera. Dicendum quod talis euacuatio non eſt repentina, quare non eſt fallax nec naturæ inimica. Fit enim talis euacuatio actione naturæ potentiam in materiam habentis, ut ſupponitur, & non medicinæ. Si nanque fieret actione medicinæ, tunc repentina & multa euacuatio eſſet fallax & naturæ inimica.

Quæratur duodecimo, utrum huius ægritudinis ulceroſæ, & maxime cum dolore uigilia complicatæ, negligenda ſeu differenda ſit curatio? Dicendum quod nõ. Nam dolore infeſtante, uigiliaq́;, & ægritudine (ut compertum eſt) contagioſa exiſtente, indies totum corpus corrupta, maligna, ſeu uenenoſa & ad euacuationem inobediente ſuperflua materia inficitur, humores exacuũtur, innaturalis ſiccitas adducitur, & ſic totum corpus diſſolutum & conſumptum redditur. Hæc & quantula & qualiacunque ſint, pro uirili noſtri ingenioli, ut noſtrorum deſiderio ſcholaſticorum ſatisfaceremus, ædidimus, quibus ſi hæc haud ingrata fore cognouerimus, licet credimus pro iunioribus utilia, nos ad maiora cælis fauentibus accingemur.

ANGELI BOLOGNINI DE VNGVENTIS LIBRI FINIS.

INDEX COPIOſſimus reru͂ propè omniu͂ huius operis quę in curationem morbi Gallici ſeu Neapolitani cadere poſſunt.

A

Abſinthij decoctu͂ qua͂tum in morbo gallico conferat. pagina 172
Abſterſiuorum vnguẽtoru͂ conficiendi ratio. 260.262
Accidentia ægritudinem ſequuntur. 106
Accidentia vnctiones comitantia. 167
Actio cuiuſq; rei à ſpecie ea͂ regulante prouenit. 55
Aër quo pacto corrigẽdus. 20.78.112
Aeger ab ægroto quid diſferat. 23
Aegrotis ea ſæpe vſui ſunt, quæ ſanis incommodarẽt. 156
Aegyptiaci unguenti deſcriptio. 264
Affectus animi q̃ ſint. 36,119
Affectus animi morbos ſæpius conciliant. 36.119
Agarici doſis & vires. 133
Aggregatoris Lugdunenſis error. 18
Albotim glutinis effectus. 172
Aloë unicum morbi gallici præſidium eſt. 172
Aluus quõ confortanda. 26
Aluus quomodo quotidie cienda. 34
Amygdalæ caput dolentibus incommodæ. 114
Angelici pulueris cõficiẽdi modus & effectus eius. 192
Anodinorum enumeratio. 83.& 183
Apoſtematis definitio. 223
Apoſtematu͂ aperiendi modus. 187
Apoſtematu͂ in morbo gallico cõtingentiu͂ ratio. 103
Apoſtematum completa curandi ratio. 184.238
Apoſtolorum vnguentum quomodo fiat. 263
Appetitus inſtaurandi ratio. 20
Aquæ bonæ rectificatione non indigent. 206
Aquæ male per decoctionẽ fiunt meliores. 206
Aqua non nutrit. 206
Aquæ oris & gutturis vlcera ſanantes. 195.196
Aqua per ſe aſſumpta in morbo gallico uehemẽter nocet. 117

Aqua quõ corrigenda. 115
Aqua ſeparans aurum ab argento quo pacto confici ſoleat. 193
Arãtia quę & mala aurea. 21
Arantia quæ & poma heſperidum. 30
Argenti viui definitio. 54
Argenti viui extinguẽdi modus. 55
Argenti viui correctiua. 154.155
Argẽti viui facultates. 51.53
Argenti viui temperatura. 87.90.155.156
Argenti viui virtutes Galenus ignorauit. 55
Argentum viuum cur Mercurij appellationem nactũ ſit. 55
Argentum viuũ quo pacto frigefaciat. 156
Argentum viuũ cur cæteris medelis in hac ægritudine præſtantius ſit. 87
Argentũ viuũ vtrũ in morbo gallico conueniat. 90
Aſtronomorũ ſententia confutatur. 17
Aurei vnguẽti faciendi modus. 260

B

BAlnea num ad morbũ gallicum profligandum conferant. 171
Balnei vires. 170
Balnei conficiendi ratio qđ morbo gallico mire quadrat. 82
Balneum ab inunctionibus non confert. 170
Baſiliconis vnguenti conficiendi modus. 260
Bilis flauæ ſigna. 92
Bilioſi morbi gallici recens cõtracti curãdi modus. 30
Bilioſi morbi Gallici ſigna & curandi ratio. 27
Boraginis facultates. 78

C

CAliditas tẽperata confert omni rei. 142
Capitalium cerotorũ deſcriptio. 263
Capitalis vnguẽti effectus. 267
Carduus benedictus herba, quæ & tunex. 51
Carnis calloſæ ſeu duræ curandi modus. 241
Carnis mollis curãdi ratio. 243
Carnis oſtracoſæ, calloſę & duræ, curandi ratio. 265
Caro mollis ne in vulneribus generetur, quomodo cauendum. 262
Caro quæ cauterio inuſta eſt, quomodo curanda. 69
Caro ſuperflua quomodo curanda,

curanda. 243
Cauſæ morborum diligẽter inquirendæ ſunt. 14
Cauſę quotuplices ſũt, quęq́ ordinem obtineant. 74
Cauterij efficacia & laus. 154
Cauterij potentialis cõficiendi modus. 187
Cauteriũ ſuper iuncturas nõ eſt faciendum. Ibid.
Cauterij potentialis deſcriptio. 71
Cauterio operandi mod⁹. 69
Cerota qñ applicanda. 267
Cerotorum conficiendi modus, eorumq́ varius effectus. 166. 194
Ceruſæ cõficiendi mod⁹. 261
Chirurgiæ laus, partes, & antiquitas. 220
Chirurgia in cura vlcerum quomõ adminiſtrãda. 226
Chirurgia à vetuſtiſſimis q́buſq́ commendatur. 67
Cibi in morbo gallico conuenientes. 112. 205
Ciborum diuerſitas vitãda. 31. 32
Cibus quanto interuallo ſit aſſumendus. 34
Cibus quandoq́ eadem die ter aſſumi poteſt. 34
Cicatricem obducentia. 68
Cinnamomi facultates. 114
Clyſtere lauatiuum. 170
Clyſtere lenitiuum. 80
Clyſteris communis deſcriptio. 273
Coitum Paulus Aegineta, qua ratione poſt repletionẽ commendat. 41
Coitus iuuenibus vtilis. 40
Coitus nimij noxæ. 40
Coitus poſt repletionem noxius. 41
Coitus qua cautela exercendus. 86. 120. 121. 198
Coitus quanto temporis interuallo repetendus. 41
Coitus morbum gallicũ patientibus planè eſt fugiendus. 120. 121
Color malus carnis. 225
Comeſtionis commodum tempus. 116
Cõplexio mala vlceris quomodo curãda. 231. 232. 234
Cõdita pituitoſo morbo gallico affectis conferentia. 33
Confortatiua capitis, pectoris, mẽbrorũ extremorum, vẽtriculi & hepatis. 172. 199
Confortandorum membrorum ratio. 83
Conſtipatio vẽtris quomodo medenda. 170
Contagio quomodo in mẽbris naturalibus figatur. 98
Contagioſi morbi. 85

Cõualeſcẽtes ex morbo gallico quomodo ſeſe gerere debeant. 27
Cordiale vnguentum. 199
Cordis confortatiua. 199
Cordis refocillandi modus. 25
Corpus quomodo ĩ ſomno componendum. 36
Corpus totũ exiccari, extremis partibus exiccatis. 278
Corroſio q̃uo curanda. 247
Coturnicibus nõ veſcendũ. 20
Curati à morbo gallico cur obeſiores reddantur. 110
Cucurbitularum vſum Germani ſæpius commodum experiuntur. 48
Cucurbitularum vtẽdi modus. 125. 136
Cucurbitulæ nũ melancholico gallico morbo conferant. 48
Cucurbitulæ loco venæ ſectionis vſurpandæ. 23
Cucurbitulæ in repletis prætermittendæ. 24
Cydonia mala q̃bus rebus commodent. 21

D

Damaſceni vnguenti deſcriptio. 194
Damaſcenũ vnguentũ quomõ cõficiatur. 264
Decoctionũ digeſtiuorũ deſcriptiones. 125
Decoctiones maiorem efficaciã obtinẽt quàm aquæ deſtillatæ. 42
Defenſiuum commune. 255
Defenſiuorũ deſcriptio. 188
Defenſiua quandiu applicãda. 255
Defenſiuorũ vnguentorum effectus & conficiendi ratio. 255
Dentes vacillantes quomodo corroborandi. 47
Dẽtium & gingiuarũ dolor quomodo mitigãdus. 273
Dies vigilijs, nox quieti nata. 36
Diætæ morbo gallico conferentes. 202
Diæta morbo Gallico quæ in genere conueniat. 78
Diætetices autoritas. 78
Digeſtiua morbi gallici. 157 158
Digeſtiua doloroſis puſtulis conferentia. 121. 142
Digeſtiuorum vnguentorũ effectus, vſus, & conficiẽdi modus. 257
Dolores ab argenti viui vſu prouenietes quomodo mitigandi. 181
Dolores acutiſſimi quid ſignificent. 109

Dolores cur noctu plerunque augeantur. 76
Dolores cur in iuncturis magis quàm in aliis locis multiplicentur. 81
Dolores in morbo Gallico quomodo appellandi. 88
Dolores morbi gallici cur noctu magis affligant. 104
Dolores quare poſt principium inunctiouis augeantur. 89
Doloris cauſæ. 103
Doloris remedia. 83. 182. & 135
Dolorum à quolibet ex quatuor humoribus prouenientium ſigna. 76
Dormitio ieiuna noxia eſt. 35

E

ELectuarium cordiale. 169
Electuarium ex ligno guayaco quomodo conficiatur. 148
Electuarium vires reſtaurans. 63. 64
Elephãtia à melancholico tantum humore pendet. 13
Elephantia inueterata nõ recipit curationem. 12
Elephantiam Galenus quomodo curauerit. 12
Elephãtiæ duæ ſpecies. 11
Elephantiæ ſigna, deffinitio, ortusque. 9. 10.
Elixa melius digerũtur quã aſſa. 113
Empericorum temeritas. 14
Emũctoriis repercuſſoria nequaquam applicanda. 67
Epithema cordiale. 199
Epithymi decoctio & eius vires. 124
Euacuandi methodus. 120
Euacuatio num inter vngendum conferat. 170
Euacuationum effectus varius. 268
Excoriationum vlceratiuarum medendi ratio. 181
Exercitiis quod tẽpus in primis commodum ſit. 34
Exercitium gallico morbo affectis confert. 22. 118. 119
Extremis morbis, extrema quoque remedia adhibẽda. 154

F

FAciei color malus & membrorum quomodo corrigendus. 273
Fames nimia, itidemque cibus, vitanda. 33
Fauces vlceratæ quomodo medicandæ. 70. 84
Febris cur quandoque in morbo gallico contingat. 102
Fixuræ manuum quomodo medi-

medicandæ. 181.197
Fluxui ſanguinis quomodo medendum. 237
Fluxus qua ratione ſtringendus. 170
Fiſtularis vlceris curatio. 226
Fiſtulæ quomodo perſcrutãdæ. 224
Fluxus ventris remedia. 168 169
Frigida & ſicca non putreſiunt. 87
Fruct⁹ pituitoſo morbo gallico laborantibus conferẽtes. 35
Fructus q morbo gallico affectis conferant. 114.115

G

Gallici morbi origo & cauſæ. 7.15
Gallici morbi curãdi ratio. 110.220
Gallici morbi à quouis ex quatuor humoribus pendẽtis ſigna. 8.9
Gallico morbo affecti q difficulter ſanentur. 108
Gallicus morbus à quouis humore fit. 8
Gallico morbo affecti cur macreſcant. 101.102
Gallicus morbus calidus & ſiccus. 87
Gallicus morbus cũ ſola pituita nõ complicatur. 14
Gallicus morbus cur per os termineteur. 86
Gallicus morbus cur aliquãdo inſanabilis. 74
Gallicus morbus cur à pudẽdis incipiat. 86
Gallicus morbus cur quãſæpiſſime ex coitu cõtigat. 99
Gallicum morbũ cur febris aliquando comitetur. 102
Gallici morbi definitio. 72. 95.102
Gallici morbi degeſtiua. 8
Gallicum morbum euitare cupientibus, quid obſeruãdum. 85
Gallicum morbum elephantia ſæpius inſequitur. 10.11
Gallicus morbus ex quibus humoribus pendeat. 202
Gallici morbi ex ſanguine pendentis ſigna & curandi ratio. 20
Gallici morbi intẽtiones curatiuæ. 77
Gallici morbi minera. 97
Gallicus morbus non idem eſt quod Elephantia. 9.12
Gallicum morbum non eſſe mentagram. 18
Gallicus morbus num ex ſolo coitu generetur. 16
Gallicus morbus olim multò fuit pernicioſior. 19
Gallicus morbus quãdo per ſolam

ſolã euacuationẽ curet. 120
Gallico morbo q magis ob-noxij. 76
Gallici morbi ſigna. 75. 107
Gallicus morbus ſub vna ægritudine continetur. 105
Gallicus morbus tum vetus tum recens curabilis eſt. 12
Gallici morbi victus rõ. 111
Gallicus morbus vtrũ ſemper per contagionem contrahatur. 96
Gaudij definitio. 39
Gaudij nimij effectus. 39
Germani cucurbitularũ vſũ ſæpius proficuum experiũtur. 48
Gingiuarum vlcera quomodo medenda. 46. 47
Gradus ſimplicium quomodo colligendi. 140
Guaiaci aqua quomodo ꝑpinanda. 59
Guaiacũ cum vino decoctũ valentius redditur. 60
Guaiacum lignum & Indicum idem. 58
Guaiacum lignum quo pacto oleum reddat. 59
Guaiaci propinatio quam victus rationem requirat. 61
Gummoſitates & nodi quomodo curandi. 84. 167
Gutturis inflãmatio & aſperitas quomodo lenienda. 273
Gutturi vlcerato quomodo ſuccurrendum. 25. 195
H
Hepatis confortatiua. 200
Hermodactylorum pulueris deſcriptio. 182
Hircini vnguẽti deſcriptio. 197
Humor in morbo gallico p̃dominans. 99
Humorum in puſtulis ſigna 102
Humor purus raro dat. 102
I
Indicum & Guaiacũ idẽ eſt. 138
Indicum lignum adminiſtrando, quæ obſeruanda ſint. 203
Indicum lignũ à quibus inuentum. 58
Indicum lignum cur quandoq; inutiliter bibatur. 152
Indici ligni deſcriptio. 137
Indici ligni electio. pagi. 59. 138
Indicum lignum num antiquis cognitum fuerit. 138
Indici ligni præſidio potius, quàm per inediã morbus gallicus curatur. 59. 151
Indici ligni præparandi admini-

miniſtrandiq́ ratio. 207
142.144.217
Indicum lignũ qua ratiõe in Hiſpania aſſumatur. 209
Indicum lignum quanto tẽpore aſſumendum. 208
Indici ligni temperatura & vires. 58.139.141
Inediæ incommoda. 32.151
Inedia totum corpus æqualiter purgat. 150.151
Inguen ſplenis & iecinoris emiſſarium eſt. 67
Inuentionis inſtrumẽta ſunt duo. 136.137
Inuidia quid ſit. 39
Ira quid. 37
Ira quid ab odio differat. 37
Ira quas paſſiones cauſet. 38

L

LAc num ĩ gallico morbo offerendum. 78
Laurentius Friſius taxatur. 18
Legumina morbo Gallico obnoxijs mala. 114
Lepræ quatuor. 11.12
Lichen morbus. 17
Lignum Indicũ quibus conferat, aut econtra. 15
Liniendo, quali diætæ inſiſtendum. 272
Linimenta cur per ſputum euacuent. 273.277
Linimẽta pituitoſo morbo Gallico conferentia. 44
Linimẽta melancholico gallico morbo cõferẽtia. 52
Linimenta quandiu adminiſtranda. 271
Linitionum effectus in vlceribus mali modi. 269
Linitionem quæ accidentia inſequantur quáue ratione curanda ſint. 272
Linimentum quomodo ſuperfluitates peccãtes ex mẽbris educat. 270
Linimenta vtrum quamuis ægritudinem de repletione pendentem curare poſſint. 277
Luxurioſi cur morbo gallico obnoxij. 109
Luxuriæ fœditas. 39

M

MAla qualitas an poſſit eſſe ægritudo. 75
Mala qualitas morbi gallici quomodo exacte ſuſtollatur. 64
Martialis vnguenti deſcriptio. 265
Maſticatiõis difficultas quo modo corrigenda. 273
Maſtichini vnguenti deſcriptio & efficacia. 194
Maturatiua apoſtematũ. 186
Maturatiuũ emplaſtrũ. 67
Medicinæ finis. 110

Medicinæ tres ſũt partes. 19
Medicinæ per os aſſumptæ incommoda. 269
Medicamentum lenitiuum bilioſo morbo gallico conferens. 28
Medicationis ſumma tribus rebus completur. 110
Medicorum Germanorum in exhibendo ligno Indico error. 15
Medicus virtutem æque ac morbum conſiderare debet. 149
Mel roſatũ, vel ſyrupus roſatus, mellinus aut gelenia bin idem ſunt. 123
Melancholia quo tempore diei moueri ſoleat. 271
Melãcholiã purgãtia. 49. 50
Melancholici morbi gallici ſigna & medẽdi modus. 48
Melancholici cur nõ omnes morbo gallico obnoxij. 87
Membra quomodo ante linitionem præparanda. 271
Mentagra morbus. 17
Mentagra à gallico morbo differt. 18
Mercurius quomodo præparandus. 275
Mercurij ſeu argenti viui vires. 53
Mercurij extinguendi modus. 55. 56
Mercurialis vnguenti, ſeu ceroti deſcriptio & effectus. 275
Mercurialia vnguenta num cõmode in corpore humano applicari poſſint. 276
Mercurialia vnguẽta qua ratione ſcabiem curent. 277
Mercurialiũ vnguentorũ cõficiendi modus, effectus, ac vtendi methodus. 268
Minera gallici morbi. 97
Minij vnguentum. 262
Modus omnium rerum eſt optimus. 39
Morborũ omnia genera cũ gallico concurrunt. 9
Morbum gallicũ aliqui elephantiam eſſe putant. 9
Mulieres morbo gallico citius quàm mares afficiuntur. 109
Mũdificatiuũ emplaſtrũ. 68
Mundificatiuorũ vnguẽtorũ conficiendi modus, effectus, & vtendi ratio. 258

N

Nodi & gummoſitates quomodo curãdi. 84

O

Odium quid ſit. 38
Odium ab ira quid differat. 37
Odio ira accenditur. 38
Odorata omnia calida. 140

Odóres vnde oriantur. 139
Odores boni citiſſime virtu tem reſtaurant. 151.169
Odores membra principa-lia confortantes. 173
Olera morbo gallico affe-ctis noxia. 114
Oleum ex ligno Indico quo modo paretur. 59
Operationes vnde prodeãt. 98.
Oris dolor qua ratione ſit mitigandus. 162
Oris nocumento quomodo præcauendum. 89
Oris vlcera quomodo me-dicanda. 46.167.216
Os gall. morbo affectis cur fœteat. 86
Os ventris quibus rebus ro-borandum. 26
Oſſa à corruptione quomo do defendenda. 69
Oſſa corrupta quomodo medicanda. 69.197.251

P

PAlatũ vlceratũ quomo do curandum. 76.70
Panis recocti deſcriptio. 62
Paturſa qui & morbus gal-licus. 72
Pauli Aeginetæ de coitu ſen tentia explicatur. 41
Pectoris partes nequaquam inungendæ. 160.162
Pharmaca gallico ſangui-neo morbo conferentia. 23
Pharmaca ſolutiua. 81
Pharmaca ſolutiua in bilio-ſo morbo gallico. 30
Pharmaca melancholicam purgantia. 48.
Pharmaca tum digeſtiua, tũ ſolutiua melãcholico mor-bo gallico conferentia. 48
Pharmacum lenitiuum. 80
Pharmacum minoratiuum 80
Pharmacum pituitam edu-cens. 41
Philoſophica aqua quomo-do exhibenda. 65
Philoſophica aqua qua mor bus gallicus recẽs curat. 64
Pilæ exercitij laus. 34.118
Pilulæ melancholicam pur-gantes. 50
Pilularum Indarum effica-cia. 131
Pilularum variarum deſcri-ptio. 130.131
Pinguedines quẽ effectũ in vngnentis obtineant. 162
Piſces cur noxij. 32
Pituitæ ſigna. 93
Pituita ad iuncturas defluit. 14
Pituitoſa materia quo pa-cto digerenda. 42
Pituitoſi morbi gallici ſigna & cu-

& curandi methodus. 31
Pituitoſis agninæ carnes omnino fugiendæ. 32
Pituitoſo morbo gallico quæ victꝰ ratio cõgruat. 32
Plumbeum vnguentũ quomodo conficiatur. 261
Poma heſperidum quæ & arantia. 30
Pomorũ eſus cur noxius. 115
Pomum artificioſum pituitoſis conferens. 31
Potio qua morbus gallicus recẽs à quauis materia proueniẽs, perfectè curatur. 57
Potus tẽpore aſſumptionis ligni guayaci commodus. 205.
Potus pituitoſis cõmodi. 32
Præcipitati præparatio & effectus. 50
Præcipitatum & Mercurius extinctus, ſiue viuum argẽtum extinctum, idẽ ſunt. 56
Prognoſtica circa morbum gallicum. 76.108
Pruritus remedia. 245
Puluis aromaticus in cibis ponendus. 79
Puſtularum curãdi ratio. 179
Puſtulę morbi gallici cui rei proportionẽtur. 89
Putredinis factæ uel futuræ ſigna. 225
Putrefactionis curatio. 249

Q

QValitates ſimpliciũ quomodo examinãdæ. 139
Quartanæ profligandæ ſecretum. 51

R

RAncor quid ſit. 308
Recidiuæ morbi gallici variæ. 105.106
Recidiua morbi gall. quomodo præcauenda. 198
Recidiuæ in morbo gall. cauſæ. 98
Recocti panis parandi modus. 62
Remedia cur aliquando in principio conferãt, poſtea autem nihil proſint. 88
Repletio ex comeſtione rarius contingens minus cæteris nocet. 114
Repletiones ſummopere fugiendæ ſunt. 116
Reſoluentia quamuis duriciem. 84.184.

S

SAlſa omnia hepati nocent. 114
Sanguinei morbi gallici mediẽdi methodus. 20
Sanguinis fluxui quomodo medendum. 237
Sanguinis miſſionis termini. 28

Sanguinis peccantis curatio. 232
Saniei corrodentis curandi methodus. 231
Saniei digeſtiua. 190
Saniei groſſæ ac ſubtilis mũdificandi modus. 259
Saniei groſſæ & uiſcoſæ curandi ratio. 230
Saniei mundificatiua. 191 193.194
Saniei ſubtilis curandi modus. 228
Sapores qui morbo gallico affectis conferant. 115
Scabiei conferens vnguentum. 84
Scrofularum curandi modus. 187.188
Serpiginis medelæ. 245
Signa eorum quæ vlceris cõſolidationem impediunt. 223
Signa flauæ bilis. 93
Signa pituitæ. 93
Signa ſanguinis. 92
Signorum ordo. 91
Sitis quomodo medicanda. 21
Sitis quo pacto poſt cibum reprimenda. 33
Solutiua in morb.gall. 131. 143.157.
Solutiuum in rotuls. 182
Somni capiendi ratio. 79
Somni ĩmoderati effectus. 118
Somni nocturni cõmoda.36
Somni prouocatiua. 169
Somni prouocandi ratio.27
Somnus diurnus nũ in morbo gall.conueniat. 152
Somnus ieiunus noxius eſt. 36
Somnus poſt cõcoctionem de die malus. 36
Somnus qua lege à cibo capeſſendus. 35
Somnus quàm longus eſſe debeat. 35
Somnus quo tempore diei capeſſendus. 118
Somnus ſupra uentrem incipiendus. 118
Sparadrapum quod per ſe morbum gallicũ delet. 56
Spaſmus & cõtractio membrorũ cur quãdoq; in morbo gallico contingat. 105
Spermatis retentio febrem quandoq; & alios noxios morbos generat. 39.40
Squamarum in manibus apparentium ratio. 105
Stipticitati ventris quomodo prouidendum. 206.105
Stupefactiuis in morbo gallico nequaquã vtendũ. 183
Sudatoria morbo gallico cõferentia. 213

Suffi-

Suffitus in morbo gallico quibus conferant. 45
Suffitus quomodo peragendus. 46
Suffumigandi terminus. 175
Suffumigijs qui curādi ſint, quoq; modo ea conficiantur. 173.174.176.
Sulphurati olei effectus & conficiendi modus. 52
Sulphur mire in morbo gallico confert. 171
Syncopi quomodo ſuccurrendum. 168
Syrupi melancholico morbo gallico conferentes. 48
Syruporum variorum deſcriptiones & virtutes. 122
Syrupus bilioſo morbo gallico commodus. 29
Syrupus confortans cor. 175
Syrupus ex ligno Indico cōfectus. 208
Syrupus pituitoſam materiam digerens. 42
Syrupus quo ſolo melancholicus gallicus morbus curari poteſt. 49
Syrupus ſanguinem mundificans. 23

T

Tabidi quomodo inungendi ſunt. 160
Tempus comeſtioni commodum. 116
Timoris definitio. 38
Timoris effectus. 38
Tormina inteſtinorum quo modo curanda. 217
Triſtitiæ definitio & effectus. 38
Tuberum iuduratorum curandi ratio. 71.84.
Tumorum medelæ. 163
Tunex herba, quæ & carduus benedictus. 51
Tutiæ vnguentum ſeu diapompholicon. 261

V

Varix quid ſit. 11
Venam ſecandi modus. 22
Venæ ſectionis conditiones. 136
Venę ſectio quādo ī morbo gallico cōueniat. 29.88.134
Venæ ſectionem in morbo gallico ſemper cōferre. 29
Venæ ſectio quibus, quóue tempore fugienda. 43
Venæ ſectio ī pituitoſo morbo gal. ſuperuacanea eſt. 43
Veneris vſus quātum interualli poſtulet. 41
Ventriculus quo confortandus. 219
Ventris conſtipationi quomodo medendum. 273
Ventris leniēdi modus. 219
Venus morboſis fugiēda. 39

Verru-

Verrucis quomodo medendum. 187.193
Victus ratio in aſſumptione ligni Indici. 217.218
Victus tenuis morbo gallico affectis in primis conuenit. 149
Vigiliæ nimiæ nocumenta. 118
Vina dulcia oppilant. 33
Vini intemperãs vſus quas noxas afferat. 116
Vinum quale in morbo gallico conferat. 115
Virgæ virilis vlceratæ cu ratio. 85.192.196.211
Virtus ſæpe per ſe morbos euincit. 171
Virtutis confortatiua. 159.169.178
Vitriolinum oleũ quomodo componatur. 187
Vlcus poſt apertionẽ quomodo curandum. 68
Vlcera quomõ ab his quæ eorum ſanationem prohibent, muniri debeant. 188
Vlcera cur quandoq; ſicca. 105
Vlcera quibus de cauſis ſanationem quandoq; non recipiant. 189
Vlcera qualia in morbo gallico contingant. 104
Vlcera morbi gallici quomodo curanda. 152
Vlcerationes faucium quomodo curandæ. 70
Vlceris definitio. 220
Vlcerum conſolidationem quæ impediant. 220.223
Vlcerum veſtigia quomodo remouenda. 179
Vlcerum cauernoſorum curandi ratio. 69
Vlcerum figuræ quomodo emendandæ. 189
Vlcerum curandi ratio. 179.180.226
Vlcerum malignorum curandi modus. 268
Vnctiones melãcholico gallico morbo conferentia. 51.52.
Vnctionibus quantiſper inſiſtendum. 25
Vngendi commodius tempus. 172
Vngendi terminus. 159
Vnguenta quomodo adminiſtranda. 157.159
Vnguenta ex argento viuo confecta, num morbo gallico conueniant. 153
Vnguẽta qua ratione in corpore humano operẽtur. 165
Vnguenti ægyptiaci vis. 46
Vnguenti digeſtiui deſcriptio. 81

Vnguenti

Vnguenti vis quomodo reprimenda. 161
Vnguentis etiam quiuis frigidi morbi ſanant. 165.166
Vnguentorum conficiendorum ratio. 25
Vnguẽtorum communium enarratio. 254
Vnguẽtorum enumeratio, eorumq́ effectus. 161.164
Vnguentorum morbo gallico conferentiũ, conficiendi modus. 153.158
Vnguentorum baſis. 164
Vnguentum ſcabiei conferens. 84
Vnguẽtum ad puſtulas gallicas & vlceroſas cancroſasq́. 84
Vnguentum carni vſtæ cõferens. 69
Vomitus prouocandi ratio & effectus. 200
Vomitus qua ratione conferat. 135
Vuluæ vlceratæ quomodo ſuccurrendum. 196

INDICIS FINIS.

LVGDVNI,

Expenſis Scipionis de Gabiano, & Fratrum.

Anno 1536.

Menſe Auguſto.